De prisciani grammatici caesariensis carminibus

Paulus Drathschmidt

Digitized by Google

Examen rigorosum superavi Kal. Dec. 1906.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit

R. Foerster.

Ricardo Foerster

pietatis ergo

Digitized by Google

Caput I.

Prisciani grammatici Caesariensis Institutiones grammaticas quis est quin ignoret? E quibus Priscianum orationis pedestris peritissimum fuisse videmus; sed etiam arti poeticae operam navavit. Exstant hodie sub eius nomine duo carmina: Periegesis id est paraphrasis periegeseos Dionysii Periegetae, et de laude imperatoris Anastasii carmen. Quibus de carminibus hac disputatione agere mihi propositum est.

Atque primum quidem de Prisciano Dionysii interprete, tum de antiquorum poetarum imitatione quae in Periegesi cernitur, atque de huius opusculi arte rhetorica loquar; deinde eadem de Panegyrico disseram; denique in quaestionem vocabo, num auctorem utriusque carminis eundem esse recte negatum sit a Kochio.[1])

Vertamus nos ad caput primum.

A. De Prisciano Dionysii interprete.

Dionysium Hadriani aetate fuisse Leue[2]) monstravit duobus acrostichis in versibus 109—134 ἐμὴ Διονυσίου τῶν ἐντὸς Φάρου et 512—532 θεὸς Ἑρμῆς ἐπὶ Ἀδριανοῦ repertis,

[1]) ‚De carminibus Prisciani grammatici nomine inscriptis', Jahresbericht des Kgl. Kaiser-Friedrichs-Gymnasiums zu Frankfurt a. M. 1892.

[2]) Leue, Philologus XLII, 175. A. Nauck, Hermes XXIV, 325. C. Wachsmuth Rh. M. XLIV, 151 ss. L. Friedlaender, Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms I, p. 183[6]. Tycho Mommsen, Dionysius Periegetes, Programm des städtischen Gymnas. z. Frankf. a. M. 1879 p. 59. Pauly-Wissowa, Real-Encycl. V. 915 s. v. *Dionysius*.

Digitized by Google

Udalricus Bernays in dissertatione: ‚Studien zu Dionysius Periegetes' München 1905 p. 4 ss. confirmavit.

Carmen Dionysii quam gratum hominibus doctis imprimisque praeceptoribus fuerit, vel ex eo intellegi potest, quod duo viri exstiterunt, qui in Latinam linguam verterent, alter Avienus, alter Priscianus, clarissimus ille grammaticus saeculi VI. Atque hic carmen ita vertit, ut grammaticae arti studentibus librum in manus daret, e quo celeriter et commode praecipua geographiae capita discerent.[1]) Diversa ratio Avienum in vertendo carmine duxisse mihi videtur. Hic poetam se praestare voluit imprimisque studuit, ut quam optimos et artificiosos versus faceret, quibus ipsius carmen a Dionysio maxime differret, ita ut quasi novum carmen se conscripsisse posset praedicare.

Quaerenti quo modo Prisciani Periegesis a Dionysii carmine discrepet, primo loco initium carminis se praebet. Nam Priscianus a deo invocando orditur, unde eum christianum fuisse recte conclusum est. Deinde eum in verbis Graeci poetae reddendis non omnia ad amussim exegisse videmus. Saepenumero Dionysii versus qui aliquam rem ad Graecorum religionem spectantem continent, non vertit, alios maioris perspicuitatis causa aut mutavit aut omisit. Sed etiam quamquam in universum auctoris vestigia magis premit quam Avienus, haud raro tota ratione vertendi ostendit se potissimum geographiam aliasque cum hac coniunctas res tradere velle. Ex hac docendi voluntate multi loci a Prisciano adiecti explicandi sunt, qui naturam atque vim lapidum pretiosorum vel mirificorum vel salubrium proponunt vel de singularum terrarum animalibus, frugibus, proprietatibus mirabilibus loquuntur.

Tres igitur res in vertendi ratione spectandae sunt:
mutationes, omissiones, adiectiones.

[1]) Kosten, De Avieno Dionysii interprete, Bonnae 1888.

Digitized by Google

1. De mutationibus.

Venio ad mutationes. E quibus primum enumerandae sunt quibus clarissime efficitur Priscianum aut auctorem suum non recte intellexisse aut aliam lectionem ante oculos habuisse.

In Dionysii versu 109 ἐκ δὲ ῥόων Σικελῶν Priscianus 112 *finibus a Siculis* praebet; dubitari vix potest quin ἐκ δὲ ὄρων in codice suo reppererit. Apud Avienum v. 161 *Montibus a Siculis* invenimus.

Vox νησίδων vel νησιάδων a Dionysio v. 570 adhibita nomen proprium Prisciano visa est scribenti v. 585

Nec spatio distent Nesidum litora longe.

In versu Dionysii 682 Priscianus v. 664 gentis nomen *Oretae* exhibet; apud Dionysium exstat Τορέται, quod recte mutavit, nisi, id quod mihi videtur, etiam apud Dionysium τ' Ὀρέται legendum est, nam nomen gentis erat *Oretae,* non *Toretae.*

Mirum in modum congruunt Avienus v. 908 et Priscianus v. 712 in enumeratione gentium Caspii maris accolarum *Apyros* proferentes, quo se apud Dionysium v. 733 lectionem perversam τ' Ἄπυρος, quam etiam nonnulli codices praebent, invenisse ostendunt.[1])

In versu 515 quem liberius vertit quod *Ionium* dedit, multi codices et cum iis Avienus v. 653 lectionem Ἰονίοιο loco ἠελίοιο v. 487 commendant.

Pergamus nunc ad locum haud parvis difficultatibus implicatum. Scripsit enim v. 818 Priscianus:

Mallosque simul vicina profundo

pro Dionysii verbis v. 875:

Μαλλός τε καὶ Ἀγχιάλεια . . ,

ut Μαλλός τε ἀγχιάλεια legisse videatur. In versu sequenti:

αἱ μὲν ἐν ἠπείρῳ, αἱ δ' αὐτῆς ἄγχι θαλάσσης

[1]) Cf. Kosten l. l. p. 3.

Digitized by Google

verba αἱ δ'αὐτῆς ἄγχι θαλάσσης omisit, verba autem αἱ μὲν ἐν ἠπείρῳ quae ad Λυρνησὸς Μαλλός τε spectant, ad vocem Σόλοι retulit, ut apparet ex v. 819:

Atque Soli medio terrarum fine locati,

quamquam Soli propinquiores mari erant quam Mallus.

Contrariam viam ingressus est v. 741, cum ex enuntiato relativo καὶ οἳ μόσσυνας ἔχουσι δουρατέους (Dion. 766) gentis nomen a Dionysio non commemoratum effecit *Mossyni*, qui etiam a Plinio HN V, 126 *ad eam conveniunt Thyatireni, Mossyni*.. et a Pomponio Mela[1]) *Ultra Mossyni turres ligneas subeunt. Alii hanc gentem Mossynoecos nominant* nominantur. Aliis locis 29—30, 73, 577—78 (Dionys. vss. 20—21, 64—65, 565—66) Priscianus non tali perspicuitate est quali Dionysius.

Transeo ad versuum ordinem saepe a Prisciano mutatum. In versibus 120—121 (Dionys. vss. 118—119) alium sensum ac Dionysius praebet, nam verba:

penetrat qua gurgite pontus Issicus

ut determinationem parentheticam posuit, ubi Dionysius primum de urbe Isso, cuius Priscianus mentionem non facit, tum de Issico sinu verba fecit causamque curvati maris non Cilicum terram sed sinum Issicum profert.

Altero loco vss. 163—166 Priscianus Dionysii versuum 174—77 vel ex libidine ordinem mutavit vel in codice suo alium versuum ordinem invenit.

De industria mutatus est ordo versuum

Dionysii apud	Priscianum
496–497	522—23
550—51	563—64
684—85	666—67
863—64	811—12.

In versibus 563—64 haud scio an poetam Latinum agnominatio vocis *recta* versus 562 cum voce *dextra* versus

[1]) 1, 19, 106 ed. Frick, Lipsiae 1880, 25. Cf. Kosten l. l. p. 7.

Digitized by Google

insequentis commoverit, ut versus transponeret. Nam tale studium ornatus rhetorici exhibet, ut infra demonstrabo.

Versus 668—69 Priscianus suo loco movit, nam appositionem quam Dionysius v. 686—687 ad Zygios et Heniochos retulit, Zygiis solis tribuit.

Sequantur Prisciani vss. 822—23 et Dionysii 879—80. Permutavit horum versuum ordinem. Nam Dionysius locum usque ad quem mare convertitur notat, Priscianus locum affert, quem mare quasi metam assecutum est.

Melius Dionysii versum 425 suo loco stare quam eo quem Priscianus dedit ante versum 424 sententiarum conexus docet, quia non prius quam versu 425 descriptio Atticae finitur.

In versibus 505—512 Muellerus, Geographi Graeci minores II p. 135 eum versuum ordinem exhibet, quem praebent Avienus 671—85 et Priscianus 531—39 cum nonnullis codicibus. Mea quidem sententia erat ordo versuum hic: vss. 505, 508, 509, 510, 511, 512, 506, 507 (numeri sunt C. Muelleri); nam regio describitur a Dionysio ab occasu ad orientem, id quod ex versibus antecedentibus cognoscitur; si versus 506, 507 versum 505 sequerentur, descriptionis ordo interrumperetur. Sin hos versus post 512 ponere nolumus, nam hoc loco ab omni sententiarum conexu separati exstarent, melius eos post versum 499, quo de insula Calauria agitur, inseremus, cum Calauria insula iuxta Aeginam et Salamina sita sit.

Saepius compluribus deinceps versibus cognitis narrationem in suo carmine contexit. Qua de causa saepe evenit ut in descriptionibus copiosioribus ordinem a Dionysio exhibitum immutaret.

Tum sunt multae mutationes quas dilucide appareat eum rei metricae causa fecisse. Ita maxime operam dedit

Digitized by Google

ut nomina propria permutaret quae versui hexametro haud idonea erant.

In versu 917 vocabulo *Medamna* ab ipso novato interpretatur vocem Μέσσην in Dionysii versu 993:

τὴν δὲ περικτίονες Μέσσην ποταμῶν ἐνέπουσιν.

Idem fecit Avienus v. 1182 voce *Interamnis.*[1])

Sed non solum Graeco nomine proprio in Latinum vertendo sed etiam altero Graeco ponendo saepe novat. Hanc quaestionem bipertitam instituamus ita, ut primum de iis locis dicamus, quibus nomina propria a Dionysio posita aliis eadem aut similia designantibus reddidit, deinde eos proferamus, in quibus nomina propria, quae neque Dionysius neque alii auctores praebent, inseruit. Atque in prioris quidem generis locis enumerandis hunc ordinem sequi mihi visum est, ut initium facerem ab iis in quibus nomina propria pro aliis eadem significantibus exstant.

Conferantur Dionysii vocabula Αἰγύπτοιο v. 12, Ἀμυκλαίοιο v. 13 cum Prisciani vocabulis respondentibus *Memphitis terra* v. 18, *Spartano* v. 19.

Huc pertinent

Prisciani voces et Dionysii:

34	*Sabaeum aequor*	24	Ἀραβίου κόλποιο
70	*Atlantis ab unda*	63	Ὠκεανοῖο
130	*Cycladas*	132	Σποράδεσσιν
168	*Rubri ponti*	178	Ἀραβίης θαλάσσης
305	*Symplegados artae*	313	Κυανεάων
370	*Lacones*	377	Ἀμυκλαίων
410	*Laconas*	413	
396	*Epiron*	399	Ὠρικίην αἶαν
511	*Calabrum litus*	482	Ἰηπυγίην γαῖαν
688	*Graecia tellus*	687	Πελασγίδος αἴης

[1]) Cf. Kosten l. l. p. 10.

Digitized by Google

672 *Caspia litora ponti*	690 Ὑρκανὸν πόντον
697 *Hyrcanique ostia Ponti*	729 στόμα Κασπίδος ἅλμης
869 *aequore Partho Arrabioque*	929 θαλάσσῃ Περσίδι τ' Ἀραβίῃ
961 *Lydorum moenia*	1058 Μῃονίην.

Adhibuit Priscianus v. 34 pro voce *arabicum* metri causa *Sabaeum* quae et ipsa erat poetica, quamquam *Saba* voce regio Aegypti notabatur.[1])

In versibus Dionysii 517—18

Εὐρώπης δ' αἱ μὲν λαιῆς ὑπὸ νεύματι χειρὸς
ῥώονθ' ἑξείης, Ἀσίης δ' ἐπὶ δεξιὰ κεῖνται

Priscianus in v. 542: *confines Asiae dextrae Europesque sinistrae* metri causa intra unum versum singula vocabula permutavit.

His exemplis adde Prisciani versus 63, 109, 207, 465, 558, 677, 705, 725 sq., 739, 846 collatos cum Dionysii versibus 54, 104, 219, 457, 542—43, 696, 730, 749 sq., 765, 906; deinde versus Prisciani 672 et 697 cum Dionysii versibus 690 et 729, in quibus luce clarius est Priscianum de industria nomina permutasse; nam in versu 672 idem nomen proprium ac Dionysius v. 729, in versu 697 idem atque hic in v. 690 adhibuit.

Recte Priscianus in versu 465 *Ebusos* praebet, ubi in Dionysii libris Βοῦσος[2]) v. 457 legitur; nam tantum haec forma exstat in lingua Latina;[3]) item recte in versu 705 *Thyni,* ubi in Dionysii codicibus (v. 730) vox Οὔννοι exstat. Nam ut magnopere dubium est, num re vera Dionysius hoc nomen proprium praebuerit, ita Priscianus, ut infra demonstrabo, Plinium Solinumque secutus *Thynos* posuit.[4])

[1]) Plinius HN. XII, 52.

[2]) Cf. Eustathii commentarium ad hunc versum p. 303 ed. Mueller.

[3]) Avienus v. 621; Plinius H. N. III, 78; Silius Italicus III, 363 *Ebusus* praebent.

[4]) Plin. HN. IV, 41; V, 145 et 150; Solin. 68, 4.

Digitized by Google

Rarius loco nominum propriorum a Dionysio adhibitorum appellativa idem significantia posuit, ut *longaevi* pro Dionysii Μακρόβιοι v. 560, quamquam formam nominis proprii *Macrobii* etiam apud scriptores Latinos reperire potuit, ut apud Plinium HN. VI, 190 *Ex adverso in Africae parte Macrobii* et VII, 28 *Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedunt ‚Gymnetas' appellat, non pauci Macrobios* et apud Solinum 131, 17 et 77, 11.

E contrario Priscianus ex aliqua significatione qua Dionysius deum vel hominem induit, elicit nomen proprium; ut in v. 196 quo Dionysii v. 212 voces Λιβυκοῖο θεοῦ in *Hammonem* commutat, quod vel e Solino 125, 14 vel e Plinio, qui multis locis Hammonis mentionem fecit, sumpsit.[1])

In descriptione terrae Massagetarum v. 720 elicuit nomen proprium ex Dionysii versibus 743sq., cum verba:

οὐ γάρ σφιν σίτοιο μελίφρονός ἐστιν ἐδωδή
οὐδὲ μὲν οὐδ' οἶνος μεταδήμιος

per *Bacchi donum*, *Cereris munera* reddidit poetarum Romanorum imitatione permotus, ut paulo infra demonstrabo.

Eodem fere modo Priscianus v. 608 Dionysii versus 610—611 permutavit in unum contrahens et pro cognomine Ταυρόπολις nomen proprium Dianae deae praebens.

Similiter in reddendis versibus Dionysii 1026

πλαζομένη κατὰ φῶτας ὁμώνυμον ἵκετο γαῖαν,

supplevit Αἰήταο θυγάτηρ nec vero *Aeetine* usurpavit, sed dicens:

Medea huic fugiens dederat cognomina terrae

nomen proprium ipsum quod in omnium ore erat *Medeae* adhibuit.

[1]) Kosten l. l. p. 11.

Digitized by Google

Adfero hoc loco etiam Prisciani versum 947 et Dionysii v. 1030. Quod apud Priscianum 947 *oriente sub ipso* pro Dionysii ἐπ' αὐτάς exstat, certum est eum ἐπ' αὐγάς legisse, ut etiam nunc in nonnullis codicibus reperitur.[1])

Idem dicendum est de Prisciani versibus 335 et 386 et de Dionysii vss. 336 et 393. De versibus 937 et Dionysii v. 1013 melius in ea parte disputationis agam quae est de adiectionibus.

Formam magis usitatam *Ardiscus* adhibuit in v. 306, ubi Dionysius Ἄλδηισκος v. 314 praebet.

In versu 666 Priscianus nomen prop. *Ascalaphus*, Dionysius v. 685 Ἀρητιάδης praebet nomen patronymicon ab Ἄρης voce derivatum. Nam, ut Eustathius tradidit, Aretiades id est Agamemnon ortus erat a patre Pelope et matre Hippodamia, quae erat neptis Martis.

In versu 517 nomen prop. *Medea* pro Dionysii patronymico Αἰητίνη v. 490, et v. 776 patronymicon *Alcidae* pro Dionysii nomine prop. Ἡρακλῆος v. 808 adhibuit.

Alterum mutationum genus positum est in eo quod Priscianus nomina profert, quae apud nullum auctorem inveniuntur.

De Prisciani versibus 818 et 741 vide quae supra p. 3 et 4 dixi.

Incerta est causa propter quam Priscianus v. 1005 *Parpanei* dixit, cum Dionysius 1097 Παρνησσοῖο praebeat.

Contra iure suo recessit a Dionysio 336 Priscianus v. 334 pro Ἀλύβη *Calpen* dicens. Nam Calpen nominari alteram e columnis Herculis in Europa sitam ab omnibus fere auctoribus traditur.

Sed etiam appellativa et adiectiva mutavit Priscianus, ut monstrant versus sequentes:

Dionys. 60 ἄλλοτε μὲν νήσοισι περίδρομος

Prisc. 69 *Has stringens pelago terras, circumfluus illis.*

[1]) Cf. Muellerus l. l. adnot. p. 167.

Digitized by Google

Pro Dionysii v. 127 Παμφύλιοι Priscianus v. 125 *Pamphylia* praebet. V. 311 *fortes* scribit pro Dionysii ψυχροῖς v. 319.

Compara Dionysii versus 521—523

Σκῦρος ἠνεμόεσσα καὶ αἰπεινὴ Πεπάρηθος,
ἔνθεν καὶ Λῆμνος κραναὸν πέδον Ἡφαίστοιο
πέπταται ὠγυγίη τε Θάσος,

cum Prisciani versibus 545 sq.

Et celsa Scyrus, Peparethus sacraque Lemnos,
Fertilis atque Thasos.

Proprietatem quam Dionysius de insula Peparetho praedicat, Priscianus insulae Scyro tribuit, quam de insula Thaso, paulis per mutatam insulae Lemno dedit. Thason insulam alio epitheto ornat *fertilem* vocans auctoribus Vergilio Georg. II, 91 et Plinio HN. XIV, 18, 117.

Graecam vocem ἠνεμόεσσα plane omisit aut eius loco *celsa* posuit voce αἰπεινῇ omissa; nam idem Graecum vocabulum Latino *celsa* etiam in versu 805 (D. 855) vertit verbis ἠνεμόεσσα Φάσηλις in *celsa Phaselis* translatis.

In versu 531 pro verbis v. 505 Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν Priscianus insulam Rhodum attributo *insula dives* instruxit.

In versu 535 quo Dionysius de Chio dicit: ἠλιβάτοιο Πελινναίου ὑπὸ πέζαν Priscianus 552 appositionem etiam ad alteram insulam Samum refert verbis *celebratae nomine claro.*

Variavit Dionysii vocabulum λειμῶνες v. 1125 in *arboribusque* v. 1025, fortasse ne versus e pedibus aliis nisi dactylis constaret.

In Dionysii versu 1130 in codice suo pro voce πισύρεσσιν legisse videtur τρισσῇσι, quam vocem nonnullis codicibus traditam habemus, nam praebet v. 1037 *ternis.*

In versu 336 τῆς δ' ὑπένερθεν Ταρτησσός Priscianum 335 *quam supra dives Tartessus* probabile quidem est recte

Digitized by Google

in suo codice vocem ἐφύπερθεν invenisse, praesertim cum vox etiam Avieni testimonio v. 480 *super* firmetur.[1])

Deinde nominandi sunt vss. 14, 25, 775 (Dionysii v. 9, 17, 807), in quibus Dionysii descriptionem directam a verbo dicendi suspensam fecit.

Aliis locis causae mutationum latent, ut v. 541 et Dionysii v. 516, deinde Prisciani vss. 591, 601, 719, 727, 957 et Dionysii vss. 583, 600—602, 740, 752, 1051—52, tum Prisciani versus 879—883, 960—61, 1073—79, Dionysii vss. 939—54, 1056—57, 1167—1180, nisi eas in metro positas esse statuere vis.

Plane a Dionysii versibus 939—54 Prisciani vss. 876—83 discrepare omnes intellegunt. Nam primo loco praeclara illa Dionysii verba quibus descripsit quomodo Juppiter Bacchum genuerit, deinde quomodo Bacchus ipse vitam degerit, tum quantam agrorum ubertatem secum tulerit, vertere noluit. Exilibus verbis hos splendidissimos Dionysii versus vertit neque quicquam nisi dona enumeravit. Nam fere semper tales res quae mythos vel fidem ethnicam spectant vitavit.

Postremo loco ad eas immutationes animum verto, ad quas Priscianus poetarum imitatione adductus est, quamquam de hac infra demum copiose agam.

Dionys. v. 27 πάντῃ δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος Ὠκεανοῖο	Prisc. 37 *Circuit oceani gurges tamen undique vastus.* Epitheton *vastus* omnibus Romanorum poetis vocibus *mare, litus, murmur, pontus, aqua* additum in deliciis fuit.	
D. v. 56 Ὠκεανοῖο	Prisc. 65 *Tethyos unda*	Cf. Luc. I, 414.
D. v. 772 ἐπιμίσγεται Ὠκεανοῖο	688 *miscetur Tethyos unda*	

[1]) Kosten l. l. p. 3.

Digitized by Google

D. v. 108. Ὡς οἱ μὲν βοόωσιν ἐλισσόμενοι δύο κόλποι	v. 111 *Atque sinu gemino resonantia litora pulsant.* Cf. Verg. Georg. I, 356.
v. 213 Κυρήνη εὔιππος	197 *Cyrene, clarorum mater equorum.* Cf. Verg. G. IV, 321 et 530; Claud. V. 31.
v. 375 Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι	368 *Samnites medio complectitur Itala tellus.* cf. Sil. VIII, 353.
v. 379 φῦλα Ἰηπύγων	372 *Iapygis ora.* cf. Ovid. Met. XV, 52.
v. 2 ἄκριτα φῦλα	6sq. *populosque per orbem Discretos.* cf. Ovid. Met. V, 324.
v. 185. ἀγχοῦ στηλάων Μαυρουσίδος ἔθνεα γαίης	175 *Alcidae qua sunt statuae Maurusia plebes.* cf. Verg. Aen. IV, 206.
187 ἀγρόνομοι Μασυλῆες	177 *Massylia proles.* Verg. Aen. VI, 60.
323 αὐτοί τε Θρῆικες	321 *Thraces arant.* Verg. Aen. III, 14.
857 ἔθριες ἐν πολέμοισι Λυκάονες ἀγκυλότοξοι	807 *gens dura Lycaones armis.* Stat. Ach. I, 202.
v. 1 γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν	5 *terrae tractus pontique meatus.* Verg. Bucol. IV, 51.
210 ἀπώλεσεν Αὐσονὶς αἰχμή	194 *Extinctis . . . marte Latino.* Verg. Aen. X, 237.
447sq. ἔννεπε, Μοῦσα, νήσων πασάων ἱερὸν πόρον	459 *Nunc magno nobis sunt insulae ore canendae.* Verg. Aen. XII, 692.
	Dubii sunt loci:
v. 42 τοῖος ἐὼν καὶ τοῖα μετ' ἀνδράσιν οὐνόμαθ' ἕλκων	51 *Nominibus variis celebratus et aequore toto.* cf. Perieg. 552.

Digitized by Google

v. 49 Κασπίῃ αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροΐῃσι θαλάσσῃ	56 sq. *quem Caspia tellus Suscipit* Sil. VIII, 353.
63 ἀφ' ἑσπέρου Ὠκεανοῖο	72 *Atlantis ab unda.*
461 Τὴν δὲ μετ' Αἰόλον εἰσὶ περίδρομοι εἰν ἁλὶ νῆσοι	465 *Dehinc rupes Aeolidarum.* Verg. Aen. VIII, 417, ubi Aeolias insulas *fumantibus ardua saxis* dicit.
582 ἠελίοιο	590 *Titanis radiis.* Verg. Aen. IV, 119.
582 ἐς πόλον ἄρκτων	590 sq. *scandit ad axes Signiferi.* Claud. III, 364 sq. *quae vergit in austrum Signifer.*

Huc etiam pertinet Prisciani versus 126 *Atque Chelidoniae rupes* et Dionys. v. 128 Χελιδονίων μυχὰ νήσων. In hoc versu propter Solinum a Graeco digressus esse videtur; Solinus enim, quem paulo post a Prisciano exscriptum esse ostendam, 163, 9 de *Chelidonia scopula* verba facit.

2. De omissionibus.

Transeo nunc ad omissiones, quarum numerus est permagnus, ut vel ex eo cognoscitur, quod Prisciani carmen, quamquam multa inserta sunt, tamen Dionysii carmine 99 versibus brevius est. Sunt enim certae res quas Priscianus in carmen suum recipere vix potuit, ita ut eum consilio et ratione eas reiecisse contendere possimus.

Primo loco adfero eas omissiones, quae ad res historicas mythicasque pertinent, nam non vult esse enarrator talium sed geographicarum rerum. Quid enim? Nonne apertum est eum nihil aliud nisi terrae naturam et figuram, oppidorum situs, regionum amoenitates, litorum flexus, fluminum cursus tangere? Dionysius erat superstitiosus et religiosus vanisque miraculis et fabulis credulus. Quo fit ut et permulta prorsus commemorare fugiat, quae nobis

Digitized by Google

quidem prae ceteris memorabilia forent, et operam in multis terat, quae nobis plane inutilia videntur. Priscianus contra ingenium habuit ab anili ista superstitione remotum nec fabulas templaque deorum respexit. Christianus fuit.

Conferantur Dionysii versus et Prisciani 71, 643, 715, 1075, quibus non *Musas* sed *numen* invocat.

Primum autem eas omissiones adferam quae totum versum non explent.

Omisit verba Dionysii

I) ad deos spectantia:

Prisc. v. 80	Dionysii verba v. 78	ἐκ Διὸς Αὐσονιῆες
194	210	Διὸς οὐκ ἀλέγοντας
364	371	Ἥρης
370	377	καρτερὸς Ἄρης
526	501	Διὸς μεγάλοιο τιθήνη
536	509	ἐπήρατον ἄστυ Διωναίης Ἀφροδίτης
545	522	κραναὸν πέδον Ἡφαίστοιο
546	523	Δημήτερος ἀκτή
1050	1143	Διωνύσου θεράποντες
1079	1179	τὼς γὰρ μέγας ἐφράσατο Ζεύς,

II) ad heroes aliasque res mythicas spectantia:

v. 288	v. 298	ἱερός (sc. Ἴστρος)
559	543	μεγαλώνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος ἡρώων
560	545	Ἀχιλλῆος
669	686	Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης
775	807	Ὕλαν
930	1005	ἱερὴ πόλις
932	1007	Βύλῳ.

Sequantur integri versus omissi qui unum vel plures versus explent.

Digitized by Google

Priscianus omisit:	Dionysii versus:	Priscianus omisit:	Dionysii versus:
81	78	751	776—78
135	140—41	761	789—92
193	207	782	815—18
243	255—58	790	827—29
458	441—47	798	839—46
462	454	803	853
475	461—64	816	869—73
514	484—85	879—83	939—49
549	527—29	919	995
561	547	944	1021—28
585	574—79	1057	1152—63.
683	701—705		

Hi versus res mythicas fabulasque tractant. Nonnullis exceptis (Prisciani vss. 193, 514, 782, 816, 944 et Dionys. vss. 207, 484—85, 815—18, 869—73, 1021—28) ad deos spectant.

E multis exemplis haec eligo:

In versu 207 Dionysii, quo de Ulixe ἔνθα (sc. πρὸς Λωτοφάγους) ποτ' αἰολόμητις ἀλώμενος ἦλθεν Ὀδυσσεύς verba facit, omisit Priscianus verborum ex Odyssea sumptorum mentionem facere, id quod item fit v. 514, quo de Diomede, v. 782, quo de Ilio agitur. Deinde compara Dionysii versus 839—846 et Prisciani v. 798, quibus de choreis mulierum virginumque in Bacchi honorem factis agitur; Priscianus neglexit fabulam de Pegaso a Dionysio vss. 869—73 narratam; vv. 1023—29, quibus Medeae e patria ad Colchos fugam tractavit et vv. 1152—65, quibus Bacchi in Lenas iram eiusque ex Indorum in Emos montes migrationem factam dicit. Sed non omnino res mythicas delevit. Nam saltem nomina deorum profert, quae prorsus silentio praeterire non potuit; vocat Apollinem sedemque eius Delphicam v. 458; Dianae fontem Bacchique poculum

Digitized by Google

v. 489 notat; quomodo uxores Amnitum sacra Bacchica concelebrent versibus 586—87 narrat; Dianam commemorat v. 608, Bacchum v. 682 et 1057; sed mythos non enarrat.

Nunc in quaestionem vocemus omissiones aliis de causis etsi e parte incertis a Prisciano factas. Hanc quaestionem bipertitam instituamus ita ut primum de iis locis verba faciamus, in quibus vel singula verba vel totos versus delevit, deinde de iis in quibus duos vel complures versus contraxit.

Primo igitur loco omissiones quibus a Prisciano singula verba delentur, adferam.

Priscianus praetermisit Dionysii verba:

v. 23	17	πρὸς βορέαν
72	63	ἑσπέρου
74	68	πυκινοῖσι καλυπτόμενος νεφέεσσιν
113	110	Καρήνου
178	188	σὺν παισὶν
220	231	Λιβύην — Ἄσιδα
247	264	ἑπταπόρου — νενασμένον ἔλλαχον ἄστυ
289	300	τόθι πᾶσαν ἐρεύγεται ὕδατος ἄχνην
348	351	γαῖαν ναιεταόντες ἐπήρατον
521	494	φίλον πέδον Ἀλκινόοιο
554	539	ἀφρὸν ἐρευγόμενος
586	571	ἀντιπέρηθεν
607	610	Ἴκαρον εἰναλίην
617	624	πυμάτοιο παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο
667	684	νότοιό τε καὶ ζεφύροιο
673	691	οὔρεσιν ἠλιβάτοισιν ἀέξεται
719	740	θοῶν ῥυτῆρες ἵππων
785	821	ὑπὲρ μέγαν Ἑλλήσποντον
870	929	ἄνεμον δέ τοι ἔλλαχ' ἑκάστῃ
880	951	ποταμοὶ δ' ἑτέρωθι θυηλαῖς
900	974	δαήμονες ἱπποσυνάων

Digitized by Google

934	1009	καὶ τῆς τοι πεδίον περιώσιον
949	1033	ἄδην βεβριθότα μαλλοῖς
977	1076	κείμενον ἐπὶ χθονός
1007	1100	ἀλλ' ὑπὸ λεπτῇ ψάμμῳ πεπληθυῖαν
1038	1131	ἀλιγκίη εἴδεϊ ῥόμβου.

His ex exemplis liceat mihi tractare sequentia:

v. 220 Priscianus nomina prop. versus 231 omisit, quae Dionysius ex praecedente versu iteraverat; idem dicendum est de Dionysii v. 610 et Prisciani v. 607.

In versu 521 pro Dionysii appositione v. 494 *Ithaces atque aspera tellus* scripsit, quae verba Dionysius in sequenti versu profert.

Saepe etiam hominum vel gentium vel urbium vel aliarum rerum geographicarum epitheta a Dionysio adhibita delevit.

Exemplis utar his:

Dionysius:	Priscianus:
v. 179 κελαινῶν Αἰθιοπήων	169 *Aethiopum*
285 λευκά τε φῦλα Γερμανῶν	274 *Germania* (in hoc versu non gentis sed terrae nomen profert)
327 μελισσοβότοιο Παλλήνης	324 *Pallenae*
381 ἀγχίπορον Ἀκυλήιον	374 *Aquileium*
398 ἐρίβωλον Θρῄκην	396 *Thracen*
416 ὑγρὸς Ἰάων	413 *Iaon*
433 Ἀχελώιος ἀργυροδίνης	447 *Acheloia unda*
439 Παρνησσοῦ νιφόεντος	456 *Parnasi*
458 ἐπήρατος Κύρνος	470 *Cyrne*
558 βοοτρόφον Ἐρύθειαν	570 *Erythraeam*
560 Μακροβίων υἱεῖς ἀμύμονες	571 cf. p. 8.
644 ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέουσιν	636 *descendunt amnes*

Digitized by Google

681 Κιμμέριοί τε καὶ οἱ πέλας Εὐξείνοιο	662 *Cimmeriique*
700 Καμαριτάων φῦλον μέγα	682 *Camaritarum gens*
769—772 appositionem de Chalybibus factam contraxit	Prisc. vss. 744—745.
775 Ἀσωπίδα δέκτο Σινώπην	750 *devenit Sinope*
813 ἱππόβοτος λιπαρή τε (sc. Φρυγίη)	781 *Altera ad occasus* (sc. Phrygia)
819 Ἰδαίῳ Σιμόεντι	783 *Simoentis*
848 εὐρρείτου ποταμοῖο	799 *amnis*
876 αἱ δ' αὐτῆς ἄγχι θαλάσσης	819
919 ὑγρὸς Ὀρόντης	860 *Orontes*
963 ὀρεσκῴων Ἐρεμβῶν	892 *Erembum*
984 ῥόον ἶσον ἐλαύνων	910
1146 λαβρότατοι ποταμῶν	1051.

Omnino omisit commemorare Marathona v. 856, cuius urbis nomen Dionysius v. 914 protulit. Praetermisit Priscianus v. 595 nomen propr. *Colias* notare, de quo Dionysius v. 592 verba fecit, et recte; nam Dionysius hoc nomen prop. confudit cum *Coliaco* promunturio Indiae extremae.[1]) Hanc Indiae regionem Priscianus v. 1053 *terrae Colidis* vocat Dionysii verba v. 1148 τέρματα Κωλίδος αἴης vertens.

Pergo ad omissos locos qui unum vel complures versus continent.

Priscianus silentio praeterit:	Dionysii versus:	Priscianus silentio praeterit:	Dionysii versus:
79	75	180—81	191, 194
131	133—34	185	196

1) Plin. HN. VI, 86. Cf. Forbiger, Handbuch der alten Geographie p. 632; Forcellini, Thesaur. linguae Latinae s. v. *Coliacum* II, 379.

Digitized by Google

Priscianus silentio praeterit:	Dionysii versus:	Priscianus silentio praeterit:	Dionysii versus:
188	202	763	796
222	236	768	801
254	265—69	811	861—82
338	341—42	823	882—86
345	346	836	896
503	475—76	918	994
527	503—504	930	1005
536	512	958	1051—55
549	532	961	1059—62
569	557	978	1077
629	637	992	1084
665	683	1007	1101—1102
682	707—17	1011	1108
731	757	1028	1125
744	770—71	1077	1172.

Ex his verba faciam de versu 79, in quo quod Massiliae mentionem facere neglexerit, quis non miretur? Causa metrica fuisse videtur. Nam *Massilĭă* non ita facile in hexametro locum habet; pro quo posuit: *qui Celtica litora pulsat.*

Deinde in versibus 185 sq. in quibus Dionysius fabulam Carthaginis narravit, Priscianus dumtaxat huius urbis mentione facta Didonem reginam commemorat summisque laudibus effert. Cuius fabula ei erat nota ex illo studio Vergilii quod infra exponam.

Versum 202 omisit, quippe qui nil nisi verba versus antecedentis reddat.

Iam accedimus ad gravissimos versus 682 sq., quibus Dionysii praeclaros vss. 707—717 silentio praeteriit. Hoc enim loco Dionysius se ipsum non itineribus factis orbem terrarum oculis suis lustrasse confessus est, nam se nec nautam nec mercatorem esse, sed Musis adiuvantibus hanc

Digitized by Google

descriptionem fecisse; maluit enim domi sedens aliorum libros compilare quam ipse urbes atque nationes exteras obire et loca memorabilia suis oculis inspicere.

Alter locus est Prisciani v. 823 quo Dionysii versus 882—86 praetermisit; nam Priscianus latius disserere sprevit neque Dionysii sententiam probare voluit.

Versibus 1051—55 Dionysius gentis Persarum historiam fuse narrat, quam Priscianus versibus 955—58 paucis tractat, quoniam cum Persis tum imperatores Byzantini et praecipue Anastasius bella gerebant.[1])

Etiam versus 1059—1062 quibus Dionysius copiose de Persarum veterum divitiis agit, a versione alienos habuit nihil nisi ut res geographicas tractaret spectans.

Iam sequantur loci quos tantum contraxit modo duos versus in unum, modo complures in unum, raro in duos coartans, si res continebant cum geographia minus cohaerentes.

Priscianus in unum contraxit:	Dionysii versus:	Priscianus in unum contraxit:	Dionysii versus:
170	182—83	661	679—80
187	198—200	682	700—702
223	234—35	725	750—51
267	279—80	729	754—55
281	290—91	760	787—88
323	325—26	913	987—88
350	353—56	943	1022—23
550	530—31	950	1034—35
580	568—69	978	1078—79
597	594—95	1000	1092—93
607	608—609	1078	1175—79;
610	614—15		

contraxit in duos vel complures versus

[1]) Cf. Pauly-Wissowa s. v. Anastasius I p. 2066.

Digitized by Google

Priscianus:	Dionysii vss.:	Priscianus:	Dionysii vss.:
123—24	122—27	659—60	670—78
139—40	147—50	905—906	977—80
462—63	450—53	955—58	1041—49
541—42	514—18	991—93	1080—85
552—53	534—37	1013—14	1111—13
592—94	584—90	1053—54	1146—48
623—24	630—34	1057—58	1153—65.

Ex his memorabilis est versus 350. Quis enim non miretur, quod Priscianus litterarum ille Romanarum peritissimus tantillis verbis laudat Romam:

Romam quae genetrix regum dominatur in orbem,

cum Dionysius eam summis laudibus efferat vss. 353—56

Θύμβρις, ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ῥώμην,
Ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,
μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔδεθλον?

Sed nolimus oblivisci Romam ab auctoribus qui in oriente erant non tantopere laudatam esse quantopere Constantinopolim. Quare etiam Priscianus ad Byzantii laudem versum 772

Romanisque pie regnis dominantia mundo addidit.

E contrario Priscianus terrores Scythicae terrae quos Dionysius praeclara descriptione (670—678) depinxit, paucis (659—660) tetigit.

3. De adiectionibus.

Restat ut de adiectionibus verba faciam quibus Priscianus carmen suum amplificavit. Quas in tria genera dividendas esse censeo.

Primum illas demonstrabo quas facit, ut aridam nominum enumerationem evitet, deinde quas maioris perspicuitatis causa adnectit, tum quae eius studio geographiam docendi tribuendae sunt.

Digitized by Google

Primi generis sunt vss. 27, 32, 53, 129, 184—86, 208, 239, 538, 342, 434—441, 533—34, 631, 678, 772, 834, 846—847, 851, 901—902, 924, 925, 945, 958, 1083 (qui apud Dionysium sunt: vss. 21, 22, 44, 133, 196, 219, 252, 552, 345, 427, 506, 639, 696, 804, 897, 907, 909, 975, 1000, 1052, 1182).

Ex his praecipue commemoro versum 27, quo Priscianus verbis *per mare sic fluviosque duos discernitur orbis* tantum, quae iam antea dicta sunt, complexus est; item cf. quae p. 20 dixi de versibus 184—86.

Versus 239 et 538 dumtaxat dicendi figuram Prisciano iucundam iamque ab eo in versu 226 adhibitam:

fama Chelidonias celebrat quas nomine terras

continent.

Deinde versus 184—86 addidit, quibus fabulam de Didone Carthaginis regina persequitur; quam fabulam pro Dionysii versibus 196—98 quibus Carthaginem laudaverat posuit: cf. p. 20.

Denique versibus 434—41 notat veteris cladis insignia in speluncis altissimis servata; quae sunt ostrea muricibus siccata, cum olim magno diluvio hae regiones afflictae fuissent.

Postremo versus 846—47 de Chaldaeo inseruit, ut se Christianum esse ostenderet. Qua de causa etiam in versu 925 (Dion. 1000) *licet ut mortalibus esse* adicit.

Sequuntur versus, quos Priscianus maioris perspicuitatis gratia addidit. Comparandi sunt

Prisciani versus	cum Dionysii vss.
20	13
47	37
98—99	95
330—332	321
366—67	373;

Digitized by Google

item Prisciani vss. 300, 302, 376, 420, 458, 464—65, 481, 515, 571—73, 594, 605—606, 663—64 et 668, 742, 971 cum Dionysii versibus 308, 310, 383, 419, 441, 457, 475, 487, 559, 589, 681—688 sq., 767, 1069.

Plurimae autem adiectiones sunt eiusmodi ut aut situs maris aliusque rei pluribus explicetur aut de re a Dionysio iam commemorata homines certiores fiant.

Priscianus quod narrat versibus 571—73 Aethiopes antiquis temporibus e finibus Hyperboreis advenisse, accuratius hanc gentem nobis proposuit.

Si versibus 605—606 legimus *qua dicitur esse sepulcrum regis Erythraei, dederat qui nomina ponto,* his verbis accuratior maris rubri descriptio fit. Cf. Plin. HN. VI, 107.

Paulo post Priscianus verbis *gentis Troianae* ad vocabula *post proelia* additis magis perspicuam praebet descriptionem.

Tum duobus versibus post nonne v. 668

Heniochi genuit quos Graecia tellus

accuratior exsistit rei descriptio?

In postero autem versu Priscianus denuo, cum de Zygiis gente Pelasgica agatur, appositionem Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης a Dionysio factam non vertit.

Idem dicendum est de sequentibus versibus quibus mari, orbi terrarum, montibus, terrae quae attributo carebant nova addidit.

Sunt versus 50, 115, 116, 158, 288, 355, 397, 444, 449, 545, 653, 805, 856, 951, 967 collati cum Dionysii versibus 41, 112, 113, 168, 298, 361, 399, 430, 436, 522, 663, 855, 914, 1036, 1067.

Ex his promo versus 288, 545, 653, quibus poetarum imitatione, ut nonnulla adiceret, Priscianum permotum esse verisimile est.

In versu 158 eum rhetoricae artis causa, ut versus in easdem litteras exeuntes — *Taurum . . . imum* —

Digitized by Google

acciperet, ad adiectionem vocis *imum* faciendam perductum esse puto.

Memorabilis quoque est versus 397 quo Graeciam *doctissimam* vocat.

Deinde nonnullis locis regiones attributo *pingues* exornat; cf. v. 780, 934, 973.

Saepe Priscianum Dionysii enarrationem supplevisse videmus eo quod gentes quae attributo egebant tali notatione induebat, qualem cuique genti minus notae poeta tribuere potuit.

Gentes *celeres, truces, duras, asperas, atroces, potentes* appellavit, quibus Dionysius nullas virtutes tribuit.

Compara Prisciani vss. 294, 301, 313, 314, 359, 379, 516, 939, 1050 cum Dionysii 304, 310, 321, 322, 365, 386, 489, 1015, 1144.

Agathyrsos a Dionysio sine ulla significatione commemoratos novo attributo denotat v. 302 *pictique Agathyrsi*. Agathyrsos pictos esse a Mela II, 1, 10 *Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quisque maioribus praestat, ita magis vel minus: ceterum iisdem omne notis, et sic ut ablui nequeant* traditur itemque a Vergilio Aen. IV, 146 *pictique Agathyrsi*, e quo Priscianum hoc attributum prompsisse infra (p. 31) accuratius demonstrabo. Mela vero Priscianus neque in carminibus neque in institutionibus grammaticis usus est.[1])

Altero quoque loco in describendis gentis moribus a Dionysio discessit. In versu 300 Melanchlaees de quibus Dionysius v. 309 nihil refert Priscianus *populum metuendum in arcu* appellat secundum Statium Theb. X, 32.

Hae amplificationes cum multis aliis ad antiquorum poetarum imitationem referendae sunt.

[1]) Cf. F. Münzer, Beiträge z. Quellenkritik der Naturgeschichte des Plinius, Berlin 1897 p. 51 sq. Schweder, Philol. XLVI 315, 25.

Digitized by Google

Duobus exemplis paulo antea allatis alia annecto.

Sunt versus Prisciani:

13 (D. v. 7) *corpore toto* (Cf. Verg. Aen. XII, 920)
40 (D. 31) *gens fervens Arimaspa sub armis* (Verg. Aen. XI, 660)
44 (35) *nimbisque gravatur* (Luc. V, 628)
51 (42) *aequore toto* (Luc. V, 572 *gurgite tanto*)
67 (58) *lustrabo carmine* (Claud. c. m. 31, 25)
98 (95) *diversis partibus* (Verg. Aen. XII, 522 et 708)
103 (99) *litore curvo* (Luc. I, 420)
106 (102) *tunditur austro* (Verg. G. III, 382)
160 (170) *carmine pandam* (Claud. XVIII, 11)
286 (295) *quibus exit gurgite vasto* (Verg. Aen. I, 118)
291 (302) *est barbara tellus* (Luc. VIII, 392)
295 (304) *semina gentis* (Ovid. Fast. II, 237)
300 (309) *metuendus in arcu* (Stat. Theb. X, 32)
337 (338) *caelum quae tangit vertice summo* (Luc. VI, 644)
423 (421) *in immensum quae mergitur unda profundum* (Luc. III, 636; Ovid. M. VII, 61)
424 (422) *nomine prisco* (Luc. III, 188)
458 (D. 441) *Delphica sedes* (Luc. V, 112)
465 (457) *Romani memorant* (Claud. c. m. 30, 15)
552 (535) *celebratae nomine claro* (Verg. Aen. XIII, 48)
606 (607) *dederat qui nomina ponto* (Val. Flacc. IV, 347)
627, 672, 790 (635, 690) *per litora ponti,* quod apud omnes poetas Latinos legitur.
979 (1078) *Nam ventis semper florescunt rura secundis,* quibus verbis res versus antecedentis ad verbum fere repetit (Verg. Aen. III, 683).

Restat ut aggrediamur additamenta quae studio Prisciani geographiae docendae debentur.

Pertinent huc Prisciani versus: 85, 94, 166—167, 174, 175, 202, 216—17, 243, 268, 292, 556, 564, 887, 937

Digitized by Google

(Dionysii vss. 82, 91, 177, 183, 185, 217, 227, 259, 282, 302, 541, 550, 957, 1013).

Versum 85 nomine *Celtum,* v. 94 nomine montis *Gargani* auxit, versum 174 voce *Libyen;* in versu 175 *Alcidae,* versu 268 *Herculis alti* annexis vocabulis columnas quas Dionysius tantum στήλας appellat designat.

In versum 202 nomen capitis Garamantum *Debris,* in v. 243 nomen insulae *Pharos* inseruit; versum 216 voce *Pellaeum* ad pontum pertinente amplificavit, ut iis qui carmen legerent pontum quem putaret clarius describeret; amplificavit v. 292 vocabulis *barbara tellus gremio complexa reducto,* v. 556 *saxisque riget Proconesus in illa.* Dionysius v. 550 insulae mentionem facit, sed apud Priscianum etiam nomen huius insulae *Alopecea* exstat, quod eum e Plinio HN. IV, 26, 87 prompsisse verisimile est (cf. infra), cum etiam in Eustathii scholiis ad hunc versum hoc nomen proprium desit.

Denique auxit versum 887 voce *Macae,* versum 937 vocabulo *Asianae.* Macas vocat Plin. HN. VI, 98 *ex quo in adversam oram ad gentem Arabiae Macas traiectus distat V m. passuum.*

Huc etiam referendae sunt crebrae lapillorum gemmarumque descriptiones in quibus summa differentia inter Prisciani et Dionysii carmina exstat. Ille enim non satis habebat lapillorum descriptiones a Dionysio accepisse, sed etiam multas deprompsit ex aliis de rebus naturalibus auctoribus, ut Solino Plinioque de quibus infra accuratius agam.

Eiusmodi loci sunt versus

Prisciani	collati cum Dionysio	Prisciani	collati cum Dionysio
251—58	266	450—53	436
282	293	472—73	461
415—18	418	488—505	476
440	427	581—84	569

Digitized by Google

Prisciani collati cum Dionysio		Prisciani collati cum Dionysio	
663—64	682	1021	1121
698—704	728	1027—34	1128.
980—90	1080		

Saepenumero commemoratio alicuius terrae Priscianum incitavit, ut de lapidibus, aquis, plantis, metallis avibusque verba faceret. Occasionem ex uno vocabulo plures versus 203—205, 248—49, 272—73, 278—79, 315—320, 415—18, 429—31, 467, 488—505, 529—30, 707—709 eliciendi poetae Latino obtulerunt versus Dionysii 218, 264, 284, 286, 323, 397, 418, 426, 548, 476, 504, 731.

Etiam singulos Dionysii versus in plures dilatavit, cuius rei exempla sunt:

Dionysii et	Prisciani versus:
332 sq.	329—32
469	480—84
725	691—92
975	901—902.

Summo studio historiam lapidum aquarumque tractavit, qua in re semper vim rerum quas descripsit commemoravit.

B. De Prisciano antiquorum poetarum imitatore.

Nunc vertamus nos ad alteram primi capitis partem qua de Prisciano antiquorum poetarum imitatore agitur, postquam haud semel demonstravimus poetam Latinum ex aliorum poetarum imitatione versus suos composuisse. Vergilio ‚principi poetarum' plurima debet. Sed ne alios quidem poetas, Ovidium, Lucanum, Silium, Statium, Valerium Flaccum, Claudianum spernit, quos Silio et Valerio Flacco exceptis etiam in institutionibus grammaticis usurpavit. In multis versibus inveniuntur similia verba quae apud complures poetas leguntur. Contuli ea in illum poetam quem Priscianum

Digitized by Google

imprimis imitatum esse verisimile est vel e pluribus vocabulis similibus vel e singulorum vocabulorum in versu collocatione vel ex ea re quod saepius apud eundem poetam similia verba exstant.

Nunc ad singulos poetas transgrediamur. Sed unum praefandum duco me hoc loco fere non curare clausulas versuum quales sunt *pectore voces, pectore toto, aequora ponti, litora ponti,* quippe quae apud omnes poetas Romanos creberrimae sint.[1])

Primum consideremus Vergilii imitationes. Ubicumque potest, sumit ex hoc versuum partes, quibus conficit versus; saepe facit versum incipientem a Vergiliano initio, saepe congruentem cum Vergiliano fine, saepe etiam aliae versuum partes apud ambos poetas congruunt.

Supra breviter commemoravi Prisciani versus in initio cum Vergilio consentire.

A. In Periegesi versuum initia congruunt[2])

Prisciani:	Vergilii versus:
v. 77 *Hinc atque hinc statuae sunt ambae litora cernunt*	Aen. I, 162 *Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur* Cf. Aen. XII, 431 Sil. I, 375 *Hinc atque hinc* Stat. VII, 479 *Hinc atque hinc* Cf. IX, 459; XII, 759
81* *Qua domini rerum terris crevere Latinis*	Aen. I, 282 *Romanos, rerum dominos*

[1]) Cf. Zingerle, ‚Zu spätlatein. Dichtern', Heft I, Innsbruck 1879, p. 46 sq. C. Weyman, ‚Studien zu den carmina latina epigraphica', Blätter für das Bayerische Gymnasialschulwesen, vol. 31 p. 554.

[2]) De versibus quos signo * notavi iam Manitius in museo rhenano XLIV, 540 verba fecit, ad quos autem duo ** posui, ex Ribbeckii editione prompsi. Versus quos duobus lineis = signavi, iam Wernsdorfius in ‚Poetis latinis minoribus' protulit.

Digitized by Google

93* *Ad Boream penetrans*	Georg. I, 370 *At Boreae de parte*
132 *Angusta trahitur qua fauce Propontidis unda*	Aen. XI, 525 *Angustaeque ferunt fauces*
Cf. 541 *Ad fauces artas --- Abydi*	Georg. I, 207 *--- fauces temptantur Abydi*
	Lucan. V, 232 *Qua maris angustat fauces*
	Luc. II, 616 *--- arctis immissum fluctibus aequor*
186 *Atque pudicitiam non perdit*	Georg. II, 524 *Casta pudicitiam servat domus*
352 *--- domus est castissima*	Lucan. IX, 201 *Casta domus*
	Sil. XV, 101 *Casta mihi domus est*
197 *Nec non Cyrene clarorum mater equorum*	Georg. IV, 530 *At non Cyrene*
	Georg. IV, 321 *Mater, Cyrene mater*
	Aen. III, 704 sq. *Acragas magnanimum quondam generator equorum*
	Claud. V, 31 *--- parens Argaeus equorum*
320 *– Pulveris hunc iactus*	Georg. IV, 87 *Pulveris exigui iactu*
321 *Thraces arant*	Aen. III, 14 *Thraces arant*
	Stat. Theb. V, 53 *Thraces arant*
	Claud.[1]) XX, 247 *Thyni Thraces arant*
*342 *Hunc urbes circum populi gentesque frequentant*	Aen. VI, 706 *Hunc circum innumerae gentes populique volabant*

[1]) Utor editione Birtiana.

Digitized by Google

359 *Post hos pingue solum*	Georg. I, 64 *Pingue solum*
934 *– – – pingue solum*	Valer. Flacc. IV, 100 *Pingue solum*
364 *Ulterius pergens*	Aen. XII, 938 *Ulterius ne tende*
692 *Nocturni Manes fugitant*	Aen. IV, 490 *Nocturnos ciet manes*
876 *Floribus et variis*	Aen. VI, 708 *Floribus insidunt variis*
1035 *Nunc age*	Georg. IV, 149 *Nunc age*
1087 *Omnipotens – – genitor*	Aen. X, 668 *Omnipotens genitor.*

B. Prisciani versuum exitus congruunt

11 *brachia litore pandens*	Georg. II, 296 *– – late ramos et brachia pandens*
	Aen. IX, 623 *– – diversaque brachia ducens*
	Ovid. Met. VI, 419 *– – in partes diversas brachia tendens*
13 *– – – – – corpore toto*	Aen. XII, 920 *– – – et corpore toto*
	Stat. Theb. XI, 311 *– – – e corpore toto* / XII, 318 *pore toto*
21 *– – – disiungit in oris*	Aen. I, 252 *– – Italis longe disiungimur oris*
*22 *– – – qui gurgite vasto*	Aen. I, 118 *nantes in gurgite vasto.*
	Hic versus exitus apud omnes fere poetas Latinos legitur.
62 *– – – – – volvitur unda*	Aen. V, 629 *– – – – volvimur undis*
	Ovid. Met. I, 570 *– – spumosis volvitur undis*

Digitized by Google

*96 ---- *solemque cadentem*	Aen. IV, 480 --- *solemque cadentem*
101 ---- *Martia tellus*	Georg. IV, 462 ---- *Mavortia tellus*
	Stat.Theb.I,680 *tellus Mavortia Thebe*
106 ---- *tunditur Austro*	Georg. III, 382 ---- *tunditur Euro*
124 ---- *silvasque fatigant*	Aen. IX, 605 --- *silvasque fatigant*
	Sil. IV, 607 ---- *solemque fatigat*
	Val.Flacc.II,120 ----- *terrasque fatigat*
180 --- *terras proscindere rastris*	Georg. II, 237 --- *terram proscinde invencis*
	Claud. carm. min. XXVIII, 1 --- *proscindit vomere terras*
185 ---- *per saecula vivit*	Aen. I, 445 --- *victu per saecula gentem*, cf. Aen. VI, 235.
	Claud. c. m. LIII, 58 --- *per saecula luctu*
194 --- *Marte Latino*	Aen. X, 237 ----- *Marte Latinos*
218 --- *ubere campos*	Georg. II, 185 ---- *fertilis ubere campus*
225 --- *nunc carmine dicam*	Georg. II, 95 ---- *te carmine dicam*
237 --- *qua regna tenebat*	Aen. VII, 735 --- *cum regna teneret*
280 --- *rauca fluenta*	Aen. VI, 327 ---- *rauca fluenta*
*302 *Atque Gelones* -- *pictique Agathyrsi*	Aen. IV, 146 --- *pictique Agathyrsi*

Digitized by Google

	Georg. II, 115 – – – *pictosque Gelonos*
346 – – *petierunt navibus arces*	Aen. IV, 313 – – – *peteretur classibus aequor*
407 – – – – *flumine pulchro*	Aen. VII, 430 – – – – – *flumine pulchro*
457 – – – – *murmure vasto*	Aen. I, 245 – – – – *vasto cum murmure*
654 *Murmure cum vasto*	Luc. II, 701 – – – – *nam vasto murmure*
480 – – – – *claustrisque Pelori*	Aen. III, 411 – – – – *claustra Pelori*
543 – – – – – *ordine longo*	Aen. VI, 482 – – – *longo ordine cernens*
	Claud. XXIV, 328 sq. – – – – – *longoque morantur Ordine* (Cf. Claud. rapt. Pros. III 230).
559 – – – – *candore nivali*	Aen. III, 588 – – – *candore nivali*
588 *Oceani tranans hinc navibus aequor apertum*	Aen. XII, 333 – – – – *aequore aperto*
	Luc. II, 620 sq. – – – – *aperto – – mari*
	Claud. c. m. 27, 1 *Oceani summo circumfluus aequore lucus*
597 – – – – – *sub sidere Cancri*	Ed. X, 68 – – – *sub sidere Cancri*
707 – – – *superant genus omne ferarum*	Verg. Georg. IV, 223 – – – *genus omne ferarum*
	Met. X, 705 – – – – – *genus omne ferarum*, cf. Heroid. X, 1.
	Met. VII, 745 – – *genus omne perosa virorum*

Digitized by Google

	Stat. Theb. V, 391 *– – – genus omne ferarum.* (cf. Zingerle, Ovid und sein Verhältnis zu frühlateinischen Dichtern II, 36)
**720 *Non Bacchi donum Cereris nec munera norunt*	Aen. IV, 33 *– – – Veneris nec praemia noris* Aen. VIII, 181 *Dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant* Georg. II, 454 *– – – Bacchica dona tulerunt* Ovid. art. am. I, 565 *– – – – munera Bacchi* Stat. Ach. II, 101 *Haec mihi prima Ceres, haec laeti munera Bacchi* Val. Flacc. II, 69 *– – – Cereris tum munera fessas Restituunt vires*
733 *– – – – – – grandine mixtae*	Aen. IV, 120 *– – – commixta grandine*
1015 *– – – aurique metallum* 880 *– – – aurique metalla* 745 *– – – – ferrique metalla*	Aen. VIII, 445 *– – – – aurique metallum* Georg. II, 165 *– – – – aerisque metalla*
*774 *– – – – murmurat unda* (cf. 798)	Aen. X, 212 *– – – – murmurat unda*
779 *– – – fluviique vicina rapacis*	Georg. III, 142 *– – – fluviosque innare rapacis.*

C. Alii Periegeseos versuum pedes cum Vergilio conveniunt

2 *Adnue, rex caeli, positum telluris et undae*	Aen. IX, 620 *Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis*

Digitized by Google

3 *In quas imperium mortalibus ipse dedisti*

Aen. I, 279 *Imperium sine fine dedi*

Claud. VII, 87 ***Imperium tibi sero datum***

15 *Et primam Libyen, post Europen Asiamque*

Aen. II, 384 sq. – – – *Libyae deserta peragro Europa atque Asia pulsus*

Luc. VI, 817 ***Europen miseri Libyamque Asiamque timete***

17 *Linea quam obliquant Gades atque ostia Nili*

Aen. V, 16. *Obliquatque sinus* (hoc tantum loco apud Vergilium *obliquare* legimus)

cf. Perieg. { 24 *ostia Nili* / 247 *Nili continet oras*

Aen. VI, 800 – – *tepida ostia Nili*

Luc. VIII, 641 – – ***in Nili pervenit litora***

19 – – – *Spartano fama Canopo*

Georg. IV, 285 ss. – – – *Altius omnem*

286 *Expediam prima repetens ab origine famam*

287 *Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi*

288 *Accolit effuso stagnantem flumine Nilum*

45 *Unde tamen primo concendit lumine Titan*

Aen VII, 130 – – – *primo laeti cum lumine solis*

cf. v. 1012 *Quas primo Titan ascendens lumine cernit*

Aen. IV, 118 ss. – – – – ***ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan radiisque reluxerit orbem***

cf. Perieg. 24 – – – – *declivis ad austrum est*

Georg. I, 241 – – – *devexus in austros*

cf. Perieg. 89 – – – *deflexus ad ortus*

Luc. III, 250 – – – ***deflexus in austrum***

47 *Sed qua devexus calidum polus excipit austrum*

Digitized by Google

70 -- *radens suppostas urbibus oras*

*74 *Caeliferasque tenens Atlas stat monte columnas*

89 --- *solis deflexus ad ortus*

113 *Ad solis veniens ortus*

(quam locutionem in Periegesi legimus in fine versuum 88, 165, 211, 453, 676, 898; *solis ab ortu* nobis occurrit vss. 285, 831, 950, 992; vss. 138 et 780 *Titanis ad ortus* legitur, v. 425 *solis ad ortum est*, denique conferas vss. 244, 378, 791, 811; 261; 329, 482; 261, 515; 826, 839; 872, 940)

94 *Hoc mare Garganii concludit Iapygis ora*

*111 --- *resonantia litora pulsant*

115 *Post hanc est geminum mare vastum fluctibus atris*

Aen. VII, 10 -- *raduntur litora terrae*

Aen. VI, 796 ---- *ubi caelifer Atlas*

Ovid. Fast. V, 83 *Hinc sata Pleione cum caelifero Atlante*

Stat. Theb. V, 430 --- *respirat caelifer Atlas*

Georg. III, 277 ---- *Neque solis ad ortus*

Ovid. Trist. V, 825 ----- *solis ab ortu*

Met. V, 445 ---- *solis quaerebat ad ortus* (cf. Ibis 427)

Aen. XI, 247 *Victor Gargani condebat Iapygis arvis*

Ovid. Met. XV, 52 ---- *Iapygis arva*

Georg. I, 358 sq. ---- *resonantia longe Litora*

Luc. IX, 309 *Et post multa sonant proiecti litora fluctus*

Sil. X, 488 *Nauticus implebat resonantia litora clamor*

Aen. II, 780 ---- *vastum maris aequor*

Aen. V, 2 -- *fluctusque atros aquilone secabat*

Digitized by Google

	Luc. I, 101 --- *geminum gracilis mare*
	Stat.Theb.VII,107---*geminum mare*
	cf. Val. Flacc. V, 442
	Claud. XVIII, 91 *E gemino ditata mari*
130 *Dispersas vasto qui gurgite Cycladas ambit*	Aen. III, 126sq. ---*spars asque per aequor Cycladas*
	Ovid. Met. II, 264 --- *sparsas Cycladas*
172 *Namque solum squalens*	Georg. I, 507 --- *squalent abductis arva colonis*
	Luc. V, 39 -- *Libyae squalentibus arvis*
173 ---- *latos variatur in agros*	Aen. VIII, 8 -- *latos vastant agros*
175 ---- *Maurusia gens*	Aen. IV, 206 sq. ---- *Maurusia gens*
	Luc. IX, 426 ----- *Maurusia genti*
176 --- *Nomadum de semine gentis*	Aen. VIII, 724 *Hic Nomadum gens* (cf. Aen. IV, 320)
177 ---- *Massylia proles*	Aen. VI, 60 *Massylum gentis -- arva*
705 ---- *fortis Caspia proles*	Valer. Flacc. III, 705 ---- *Thracia proles*
178sq. *Saltibus hos duris asper silvisque vagantes Victus alit saeva quaesitus*	Aen. VIII, 318 --- *asper victu venatus alebat*
181 *-boves plaustris domitare sonoris*	Georg. I, 285 -- *domitare bóves*
	Georg. II, 206 --- *decedere plaustra iuvencis*

Digitized by Google

Georg. III, 536 – – – *stridentia plaustra*

Aen. XI, 138 *Nec plaustris – – gementibus*

182 cf. 895 *Namque errant nemorum per dumos more ferarum*

Aen. VIII, 348 – – – *silvestribus horrida dumis*

Aen. IX, 393 – – *dumisque silentibus errat*

Aen. IV, 551 – *more ferae*

Ovid. Met. VII, 387 – – *saevarum more ferarum*

Luc. IV, 303 – – – – *rituque ferarum*

Sil. II, 501 – – – *ritu horrificos et more ferarum*

Stat. Theb. VIII, 71 – – – – *more ferarum*

189 *– – furit siccisque recessus arenis*

Georg. I, 389 – – – *sicca secum spatiatur arena*

Aen. I, 107 – – – – *furit aestus arenis*

Ovid. Met. II, 262 – – – *siccaeque est campus arenae*

cf. Ovid. Her. XVII, 33

Luc. VI, 377 – – – *siccis utitur arvis* (cf. VII, 266)

194 *Extinctis populis Nasamonum*

Aen. IV, 682 *Exstinxisti – – – populumque patresque*

*210 *Hinc fluvii pinguis descendunt flumina Nili*

Aen. IX, 31 – – *aut pingui flumine Nilus*

Stat. Theb. I, 265 – – – – *lugentia flumina Nili*

Val. Flacc. VII, 607 *Ille velut campos Libyes ac pinguia Nili*

Digitized by Google

215 *Fertilis Aegypti terras fecundat opimas* — Georg. IV, 293 *Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena*

227 *Haec igitur latis diffusa patescit in arvis* — Aen. IX, 465 *—latis diffundite campis*

241 *—— liquidae Serbonidis undae* — Aen. V, 859 *—liquidas proiecit in undas*

249 *Extinguitque sitim pomo* — Ecl. V, 47 *—saliente sitim restinguere rivo*

*265 *—laterum compagibus aequis* — Aen. I, 122 *—laxis laterum compagibus omnes*

Luc. III, 397 *— laterum compage ligatam*

276 *—tergo simili taurino* — Aen. I, 368 *Taurino—circumdare tergo*

280 *Eridani fontes contingens glauca fluenta*

**281 *Hic Phaethonta suum carae luxere sorores* — Aen. XI, 215 sq. *—— hic cara sororum Pectora maerentum* (cf. Aen. X, 190)

282 *Hic electra legunt alnis stillantia Celtae* — Ovid. Met. II, 340—366

Stat. Theb. XII, 413 sq. *— Phaethonta sorores*

414 *Fumantem lavere Pado — —*

415 *Flentes stabant ad flumina silvae*

Val. Flacc. V, 429 *Flebant populeae iuvenem Phaethonta sorores*

quibus tamen locis, si rem spectamus, Priscianum hausisse patet e Plinio HN. 37, 31: *Phaethontis fulmine icti sorores luctu mutatas in arbores populos lacrimis elec-*

Digitized by Google

	trum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem quem Padum vocavimus, electrum appellatum
284 *Quae paleas rapiunt tractu frondesque caducas*	Georg. I, 368 *Saepe levem paleam et frondes volitare caducas*
322 *Quae torrens stringit finitque Propontidis unda*	Georg. II, 451 – – – *torrentem undam*
	Luc. VII, 15 – – –, *quas torrens ambit Hiberus*
350 *Romam quae genetrix regum dominatur in orbem*	Aen. VII, 603 – – – *nunc maxima rerum Roma colit*
	Georg. II, 534 – – *rerum facta est pulcherrima Roma*
	Aen. II, 327 – – – *dominatur in urbe*
	Claud. I, 127 – – – *legum genetrix* (sc. Roma) *longeque regendo*
354 – – – – *supra Sirenida rupem*	Aen. V, 864 – – *scopulos Sirenum advecta subibat*
382 – – – *excelsa Ceraunia summas*	Georg. I, 332 – – – – – *alta Ceraunia telo*
456 *Sub iuga Parnasi*	Ecl. X, 11 *Nam neque Parnasi vobis iuga*
459 *Nunc magno nobis sunt insulae ore canendae*	Aen. XII, 692 – – – *magno simul incipit ore*
	Claud. XXVI, 124 – – – *canit ore vetustas*
460 – – *toto dispersas aequore cernunt*	Aen. I, 128 *Disiectam Aeneae toto videt aequore classem*
	Aen. I, 29 – – *super iactatos aequore toto*

Digitized by Google

	Luc. III, 685 --- *sparsisque per aequora*
	Sil. XIV, 128 ----- *ruit aequore toto*
467 *Fontibus e liquidis*	Ecl. II, 59 -- *liquidis* — *fontibus* —
	Georg. II, 200 – *non liquidi gregibus fontes*
481 *Exterrensque -- cautibus aspris*	Aen. IV, 366 -- *duris genuit te cautibus horrens*
564 *Insula mole gravi stans*	Aen. X, 771 --- *et mole sua stat*
	Aen. XII, 161 -- *ingenti mole Latinus*
	Luc. II, 214 *Ad molem stetit unda* (Cf. IV, 456)
	Stat. Theb. VI, 242 ---- *stat saxea moles*
	Claud. XX, 377 *Crassa mole ----leo*
571 sq. ---- *finibusolim Venit Hyperboreis*	Georg. III, 196 *Hyperboreis ab oris*
572 sq. ----- *post fata perempti Geryonis*	Aen. VII, 662 *Geryone extincto* Cf. Aen. VIII, 201 sq. et 287 Ecl. IV, 22
585 *Nec spatio distant -- longe*	Aen. III, 116 *Nec longo distant cursu*
587 – *hederae foliis tectaque corymbis*	Ecl. III, 39 – *hedera vestit* — *corymbos*
595 *Hinc tepidos proram convertens navis ad austros*	Aen. VI, 3 *Obvertunt pelago proras*
	Cf. Aen. VII, 35 ---- *advertere proras*
626 sq. --- *multa virorum Milia*	Aen. V, 289 et 806 *Milia multa*

Digitized by Google

	Aen. V, 75 *– – – multis cum milibus*
645 *– – gens aspera Martis in armis*	Aen. XI, 660 sq. *Quales Threiciae cum flumina Thermodontis*
646 *Sanguis Amazonidum*	*Pulsant et pictis bellantur Amazones armis*
647 *– – quae Thermodonte relicto*	*– – – seu cum se Martia cursu Penthesileia refert– –*
665 *– – Troianae post proelia gentis*	Aen. IV, 425 *– – – – Troianam exscindere gentem*
674 *Circaeios secant campos*	Aen. VII, 10 *– Circaeae raduntur — terrae*
71 *Adsis, o numen*	Verg. Georg. I, 18 *Adsis, o Tegaee*
643 *– – – sed felix numen adesto*	Verg. Aen. X, 255 *– – adsis, pede, diva, secundo*
	Cf. Aen. IV, 578
	Ovid. Trist. I, 10, 46 *Mite, precor, duplici numen adeste viae*
	Sil. XVI, 87 sq. *– o mihi numina belli Ducite, adeste*
	Stat. Theb. IX, 548 sq. *– – Ades, o mihi – – – numen*
*721 *Sed lac commixtum potant cum sanguine equino*	Georg. III, 463 *Et lac concretum cum sanguine potet equino*
	Aen. VI, 762 *Italo commixtus sanguine*
725 *Inde Sacae, – – gens mira sagittis*	Aen. XII, 651 *– – – Saces adversa sagitta*
745 *Quos labor exercet saevus*	Aen. I, 431 *Exercet sub sole labor*
747 *– – campos terramque patentem*	Aen. V, 552 *– – – campos iubet esse patentes*

Digitized by Google

755 *Gemma micans*	Aen. X, 134 *Qualis gemma micat*
cf. 324 *--- gemma refulgens*	Luc. X, 122 ***Fulget gemma toris***
	Cf. Luc. IX, 516
**850 *-- stellis numeros dederunt*	Georg. I, 137 *-- stellis numeros et nomina fecit*
853 *Antiquamque Tyrum*	Aen. IV, 670 *--antiqua Tyros*
862 *--- tellus est ubere laeta*	Aen. III, 95 sq. *Prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto Accipiet*
cf. 920 *Ubere nam laeto*	
902 *Thermodon pelagi qua pulsat gurgite fluctus*	Aen. XI, 659 sq. *--cum flumina Thermodontis Pulsant*
903 sq. *---decurrit limite vastis Viribus*	Aen. V, 368 *--- vastis cum viribus effert*
**921 *Herbarumque toris et gramine laeta virescunt*	Aen. V, 388 *-- viridante toro consederat herbae*
	Ecl. V, 26 *-- nec graminis attigit herbam*
	Claud. I, 116 *-- surguntque toris maioribus herbae*
925 *Atque deo similes*	Aen. I, 589 *-- deo similis*
*956 *Vivere qui spoliis gaudent raptuque nefando*	Aen. VII, 749 *Convectare iuvat praedas et vivere rapto* (Cf. X, 500)
	Ovid. Met. I, 144 *Vivitur ex rapto*
	Sil. II, 502 *Viventes rapto*
957 *Quae propter bellis homines vexantur in orbe*	Aen. IV, 615 *At bello audacis populi vexatus et armis*
979 *Nam ventis semper florescunt rura secundis*	Aen. III, 683 *Excutere et ventis intendere vela secundis*
	Ovid. Am. II, 11, 37 *--- vento reditura secundo*
	Cf. Her. XV, 23
	Luc. V, 459 *---- vento fluctuque secundo*

Digitized by Google

*1007 -- *squalent nam sentibus aspris*	Aen. II, 379 sq. *Inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit*
	Ovid. Met. XIV, 410 sq. ---- *humus serpentibus atris Squalere*
	Luc. IX, 385 -- *squalent serpentibus arva*
1011 *Indorum-terras aequora claudunt*	Aen. I, 233 --- *terrarum clauditur orbis*
*1020 *Atque aura viridi legitur quae splendet iaspis.* cf. 755	Aen. VI, 204 -- *auri per ramos aura refulsit*
1022 *Purpureoque --- colore*	Aen. XI, 819 - *purpureus quondam color*
1027 *Hic alii superant procero corpore tantum*	Aen. II, 219 *Terga dati superant capite et cervicibus altis*
1032 *Signaque concipiunt arcana luce futuri*	Aen. I, 262 --- *fatorum arcana movebo*
	Cf. Aen. VI, 123
1082 sq. ----- *penetrabilis unda Quam gremio tellus*	Aen. III, 509 --*gremio telluris ad undam.*

Priscianus igitur ex Aeneide 90, e Georgicis 28, ex Eclogis 5 locos in suum usum convertit.

Transeamus ad Ovidium.

In Periegesi hos Ovidianos versus imitatus est:

A. in initio versus

893 *Speluncis genus infelix*	Her. VIII, 117 *Per genus infelix*

B. in exitu versus

4 -- *me promere carmine digno*	Am. I, 3, 19 *Proveniunt causa carmina digna sua*
6 *Et fluvios canere atque urbes populosque per orbem*	Met. II, 793 -- *populos urbesque domosque*

Digitized by Google

63 ---- *Panchaeaque litora pulsat*

118 ----- *hoc litora tangit*

cf. 969 *Litora postremi tangunt*

137 --- *hi sunt Symplegades artae*

cf. 305

179 ---- *caede ferarum*

195 --- *terrarum rura tenentis*

cf. 320, 357, 716, 943

237 ---- *regna tenebat*

270 --- *terrarum rura colentes*

cf. 710, 744, 761, 808

291 ----- *barbara tellus*

295 ----- *semina gentis* (cf. 765)

cf. 176 ---- *de semine gentes*, cf. p. 36.

337 --- *tangit vertice summo*

493 *Vertice qui summo*

Met. X, 478 -- *Panchaeaque rura relinquit*

Met. VI, 446 --- *litora tangit*

Trist. I, 10, 47 --- *Symplegadas ire per artas*

Met. III, 143 ---- *caede ferarum* (Cf. Met. II, 442; XV, 106)

Luc. VIII, 599 sq. --- *nullaque ferarum Mitior in caedes*

Met. III, 2 --- *rura tenebat*

Luc. IX, 130 ---- *rura tenente*

Met. X, 35 --*longissima regna tenetis*

Cf. Ibis 325 et Met. I, 750

Met. XV, 367 *Rura colunt*

Luc. VI, 277 ---- *his rura colonis*

Val. Flacc. VI, 405 *Rura colunt*

Met. VII, 53 ----*mea barbara tellus*

Luc. VIII, 392 ---- *tibi barbara tellus*

Fast. II, 237 ---- *semina gentis*

Stat. Theb. IX, 792 --- *fera semina gentis*

Met. IV, 731 --- *qui vertice summo*

Met. VII, 702 *Vertice de summo*

Digitized by Google

	Luc. IX, 541 ---- *in vertice summo*
345 -- *propria qui sede relicta*	Met. IV, 447 --- *caelesti sede relicta*
	Stat. Theb. IV, 76 ---- *sede relicta*
415 ---- *mirabile dictu*	Met. XIV, 406 -- *dictu mirabile, silvae*
	Luc. V, 672 --- *dictu mirabile*
	Sil. XI, 440 --- *dictu mirabile*
673 -- *celeres descendunt Phasidis undae*	Met. VII, 6 - *rapidas limosi Phasidos undas*
	Luc. II, 585 ---- *ad Phasidos undas* (Cf. V, 735; II, 715)
735 -----*post Phasidis undas*	Val. Flacc. VI, 640 -- *genuit quem Phasidis unda*
682 -- *gens est carissima Baccho*	Fast. III, 767 ---- *et gratissima Baccho*
706 ---- *Marte feroci*	Met. XIII, 11 ----- *Marte feroci*
	Luc. II, 590 ----- *Marte feroci*
	Sil. V, 430 ---- *Marte feroci*

C. in aliis versuum pedibus:

187 *Hinc minor insequitur Syrtis maiorque secunda*	Am. II, 11, 20 *Quo lateant Syrtes magna minorque sinu*
282 *Hic electra legunt alnis stillantia Celtae*	Met. II, 364 sq. *Inde fluunt lacrimae, stillataque sole rigescunt De ramis electra novis*
292 *Innumerae gentes* ---	Trist. V, 15 sq. *Innumerae circa gentes fera bella minantur*

Digitized by Google

956 *Vivere qui spoliis gaudent raptuque nefando*	*Quae sibi non raptu vivere turpe putant* Conferas quae p. 42 ad Periegeseos v. 956 contuli
312 *Tot dirimit gentes aquilonis partibus Hister*	Trist. IV, 2, 38 *Quasque alias gentes barbarus Hister habet*
343 *– – retegam nostro tibi carmine cunctos*	Trist. III, 1, 61 *Crede mihi, quoties laudaris carmine nostro*
361 *Ausoniamque tenent*	Fast. IV, 290 *– – – Ausoniamque tenet*
478 *sq. Trinacriae post has moles distenditur ampla* *Cardinibus ternis laterum quam terminat actus*	Fast. IV, 419 sq. *Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor Trinacris*
519 *– – – hinc saeva Ceraunia nautis*	Am. II, 11, 19 *E quibus eminent violenta Ceraunia saxis*
860 *Ad cuius partes eoas*	Fast. I, 140 *Eoas partes hesperiasque simul*
944 *Medea huic fugiens dederat cognomina terrae*	Trist. III, 9, 9 *Impia desertum fugiens Medea parentem*
1033 sq. *Psittacus . . . Nascitur, humanae simulat qui verbera linguae*	Am. II, 6, 37 sq. *Occidit ille loquax, humanae vocis imago, Psittacus.*

Secutus est Priscianus Metamorphoses locis 15, Fastos et Tristia 5, Amores 4, Heroides uno. In primis undecim libris institutionum grammaticarum (nam tantum in his undecim libris eum respexit) non alia carmina nisi Metamorphoses (locis 47) et Fastos (13) usurpavit.

Nunc ad enumeranda exempla transeo, quae ex Lucani imitatione orta sunt; congruit Periegesis cum Lucano

Digitized by Google

A. in initio versus:

15 *Et primam Libyen*	Luc. IX, 350 *Terrarum primam Libyen*
34 *Qui secat*	Luc. I, 101 *Qui secat . . .*
39 *Finibus Hesperiis*	II, 441 *Hesperiae fines*
69 *Qua Ganges — irrigat agros*	III, 230 *Qua colitur Ganges*
373 *Qua salis Hadriaci*	IV, 404 *Qua maris Hadriaci*
657 *Heu miseros homines*	IV, 382 *Heu miseri* (Cf. VII, 43) Sil. IX, 423 *Heu miser* Stat. Theb. IX, 273 *Heu miser*
823 *Vergit in occasus*	IX, 421 *Vergit in occasus*

B. in exitu versus:

1 *– – quae mundum continet omnem*	I, 110 *Quae mare, quae terras, quae totum continet orbem*
28 *– – – – discernere terras* 193 *– – – – cernere terras* 161 *Ut cernas – – – terras*	VII, 794 *– – – – cernere terram*
90 *– – – quae prominet aequore rupem* 140 *– – – medio procurrunt aequore colles*	II, 666 sq. *– – nullae tamen aequore rupes Emineant*
109 *– – – Libycis quae cingitur oris*	IV, 611 *– – Libycas excivit in oras*
120 *– – – penetrat qua gurgite pontus*	VII, 813 *– – – cum gurgite ponti*
144 *– – – gurgite tanto*	V, 572 *– – – – gurgite tanto*
156 *– – – – gurgite multo*	IV, 88 *– – – – gurgite multo*
196 *– – – Libycis et gentibus Hammon*	IX, 511 *– – – – Libycis quod gentibus unum*
364 *Ulterius pergens hinc templa Lacinia cernes*	II, 434 *Extenditque suas in templa Lacinia rupes* Verg. Aen. III, 552 *Cernitur attollit se diva Lacinia contra*

Digitized by Google

	Ovid. Met. XV, 702 *Italiam tenuit praeterque Lacinia templa*
376 *– – finitur gurgite lasso*	V, 466 *– – longo se gurgite lassat*
377 *– – – populi gentesque potentes*	Luc. I, 2 *– – – – populumque potentem* (Cf. I, 109)
467 *– – – praebet miracula mundo*	IV, 427 *– – – praebet miracula cursus*
	Claud. XVIII, 309 *– – – Praebet miracula lictor*
568 *– – – circumdat Tethyos aequor;* cf. 65 et 1011	Luc. III, 233 *– – – post Tethyos aequora ductor*
666 *– – – victricia signa sequentes*	I, 347 *– – victricia tollite signa*
	Cf. II, 115 *– – – – nova signa sequentes*
	Sil. VI, 599 *– – – – victricia signa parabat*
	Cf. Sil. XII, 289
	Claud. VII, 16 *– – aquilis victricibus ortus*
837 *– – – – nomine prisco*	III, 188 *– – – et nomine prisco*
cf. Perieg. 844	Claud. XX, 243 *– – priscum cognomen*

C. in aliis versuum pedibus

5 *Incipiens terrae tractus pontique meatus*	Luc. VIII, 336 *Terrarum totos tractus*
108 *Sed vos terrarum tractus*	Verg. Aen. VI, 724 *Principio caelum ac terras camposque liquentis*
	Ecl. IV, 51 *Terrasque tractusque maris caelumque profundum*
	Cf. Georg. IV, 222; Aen. VII, 849
23 *– praecepsque ruit – –*	VII, 531 *– – – praecepsque ruit – –*
	Sil. V, 607 *Tum praeceps ruit*

Digitized by Google

	Val. Flacc. VI, 652 *Praeceps ille ruit*
34 *Qui secat Aegypti terras aequorque Sabaeum*	I, 447 sq. ---- *persecat unda Et mare Trinacrium*
	Luc. I, 101 *Qui secat et geminum gracilis mare*
44 *Nubibus et crassis premitur nimbisque gravatur*	V, 628 -- *nimbisque gravatus Deprimitur fluctusque in nubibus accipit imbrem*
	Verg. Aen. IX, 437 -- *pluvia cum forte gravantur*
73 *Herculeo celebrant qua metae munere Gades*	III, 278 *Herculeis aufertur gloria metis Gades*
83 *Quae freta Sicaniae concludit litore curvo*	I, 420 sq. ---- *qua litore curvo -- claudit Tarbellicus aequor*
	Ovid. Fast. III, 469 -- *spatiataque litore curvo*
	Val. Flacc. I, 275 -- *sparguntur litore curvo*
151 *Sed formam cornu geminatis flexibus edit*	II, 615 *Hadriacas flexis claudit quae cornibus undas*
219 --- *Asiae disterminat oris*	IX, 957 *Non Asiam brevioris aquae disterminat usquam*
239 *Quas celebrat totum discurrens fama per orbem*	IV, 574 -- *totum discurrens fama per orbem*
	II, 634 *Nostri fama venit, quae est vulgata per urbes*
	Cf. Verg. Ecl. III, 48 et VIII, 9
	Verg. Aen. XII, 608 - *totam infelix volgatur fama per urbem*
	Cf. Ovid. Met. XII, 63
	Sil. VI, 554 *Vera ac ficta simul spargebat fama per urbem*
	Stat. Theb. III, 10 sq. --- *sceleris dira fama per urbes*

Digitized by Google

	Claud. R. Pros. III, 50 *Per mare, per terras avido discurrere luctu*
269 *---dederat quibus nomen Iberus*	Luc. IV, 23 *---tibi nomen Iberus*
944 *--- dederat cognomina terrae*	Verg. Aen. I, 248 *--genti nomen dedit*
287 *Oceani rumpens glaciales litora Rheni*	II, 570sq. *--Rheni gelidis quod fugit ab undis Oceanum vocans*
308 *Hi miscent qua se ponti glacialibus undis*	V, 337 *Flumina quos miscent pelago, subducere fontes* (Cf. I. 18)
356sq. *Hunc habitant --- coloni --- longissima rura tenentes*	II, 635 *---Sparsos per rura colonos*
433 *Thessalis et tellus Macetum*	V, 2 *In Macetum terras*
434 *--- tangentes vertice caelum*	VI, 644sq. *----nullo vertice caelum Suspiciens* Cf. Luc. III, 246 Sil. I, 202 *-- tacturus vertice caelum*
457 *Qua templum Phoebi memorabile Delphica sedes*	Luc. V, 112 *-----Delphica sedes* V, 70 *Delphica fatidici reserat penetralia Phoebi*
461 *Est igitur ponto tellus circumflua prima* cf. Perieg. 8 et 1081	IV, 407 *-- Hadriaco tellus circumflua ponto* Ovid. Met. II, 272 *Alma tamen tellus ut erat circumdata ponto* Cf. Sil. I, 289
485 *-- rapido quod frangit gurgite saxa*	V, 234 *-rapido fervet qua gurgite pontus*

Digitized by Google

120 *--- penetrat qua gurgite pontus*	
cf. Perieg. 156 et 210	
494 *Nec superant flammae frigus nec frigora flammas*	III, 685 *Nec flammas superant undae*
506 *---- Libyae Syrtisque vadosa*	V, 484 sq. *----- vadosis Syrtibus incerto Libye . . .*
522 *Et quas oblimat rivis Acheloius amnis*	VI, 364 *--- oblimat Echenidas undas*
559 *Pascit aves quoniam multas candore nivali*	VI, 129 *---- fulsere volucres*
277 *Et pascit volucres mirum fulgentibus alis*	
619 *Qua Ganges liquidos Nysaeos irrigat agros*	VIII, 227 *Qua rapidus Ganges et qua Nysaeus Hydaspes*
846 *Chaldaeo nimium decoratam sanguine gentem*	I, 428 *Sanguine ab Iliaco populi nimiumque rebellis*
941 *Medica noscetur tibi tellus;*	VIII, 368 *--- per Medica rura*
1053 sq. *---- Gangetica monte Tellus*	IV, 65 *------ Gangetica tellus.*

Transeo ad Silium Italicum, cuius ‚Punica' in Periegesi imitatione expressa esse videmus sequentibus versibus:

Perieg. 137 *-fretum dirimens*	XV s. *-- media subsedit in unda Divisitque fretum*
183 *Quos prope tenduntur fines Carthaginis altae*	XVII, 325 *Do spatium muris, ut vis Carthaginis altae* (Cf. 576)
	Luc. IV, 585 *-- magnae Carthaginis arces*
216 *Septenoque ferit Pellaeum gurgite pontum*	I, 197 *Septeno impellens tumefactum gurgite pontum*
	Cf. Verg. Georg. IV, 293

Digitized by Google

	Luc. VIII, 445 *Gurgite septeno rapidus mare submovet amnis*
	Claud. III, 185 *Hinc bibat-septeno gurgite Nilum*
230 *– sub litore tenditur oris*	XVI, 114 *-- tendit per litora pontus*
	Cf. Sil. XIII, 94 *----- ad litora tendit*
	Claud. XIX, 52 *-- sub Cypri litore*
292 *Innumeras gentes gremio complexa reducto*	XVI, 172 *Innumerae gentes extremaque litora Tethys*
	Verg. Aen. VI, 706 *-- innumerae gentes*
	Luc. III, 321 *-- innumerae concurrunt undique gentes*
332 *quae Graios circumflua gurgite pascit*	I, 289 *Insula quos genuit Graio circumflua ponto*
348 sq. *Quorum per terras decurrit in aequora Thybris*	I, 607 sq. *In pontum flavo descendit gurgite Thybris*
Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam	*Hinc consanguineae subeunt iam moenia Romae*
552 *-- celebratae nomine claro*	Aen. VIII, 48 *– clari comdet cognominis Albam*
cf. Perieg. 538 et 890	Luc. VIII, 549 *--- meruit claro nomine* Cf. IX, 202
	Sil. VIII, 505 *– veteris celebratum nomine Marri*
702 *-- heu commovet arma virorum*	IV, 11 *--- et ciet arma virosque*
720 *Nec Bacchi donum . . . norunt*	XI, 414 *Bacchi dona volunt.*

Sequitur ut demonstrem, quatenus Priscianus Statii carmina quae Achilleis et Thebais inscribuntur, in suum usum converterit. Nam Silvarum, quarum in

institutionibus (XIII, 15) semel mentionem fecit, vestigia non cernuntur.

37 *Circuit oceani gurges*	Achill. I, 103 *– – – circuit unda*
52 *Hinc atque inde*	Theb. IV, 220 } *Hinc atque* VIII, 323 } *inde*
300 *– – – metuendus in arcu*	Theb. X, 32 *– – – – metuendus in armis*
583 *– – – – mirabile visu*	Theb. I, 534 *– – – mirabile visu*
632 *– – – nunc recto limite currens*	Theb. II, 61 *– – recto decedit limite caeli*
339 *Limite quam recto*	Theb. V, 736 *– recto descendunt limite Parcae*
	Ovid. Fast. II, 447 *– discolor ut recto grassetur limine miles*
	Val. Flacc. IV, 614 sq. *– – – sed limite recto Puppis et aequali transcurrat*
673 *– – – descendunt Phasidis undae*	Theb. V, 402 *– – medias ardet descendere in undas*
cf. Perieg. 714, 749, 787 *– – currus descendit in aequor*	Cf. Theb. IX, 278; XI, 195
675 *– – – qui vertice montis*	Theb. V, 481 *Illos e scopulis et summo vertice montis*
Perieg. 336 et 493 *– – – – vertice summo*	Sil. VI, 644 *– excelso summi qua vertice montis*
807 *– – – – gens dura*	Achill. I, 202 *– – gens dura*
	Theb. IX, 610 *– – – gens aspera ritu*
955 *Martia gens*	Theb. IV, 556 *– – – Martia gens.*

Proximum est, ut exponam, quatenus Priscianus Val. Flacci ‚Argonauticis' usus sit.

Imitationis haec exempla inveni:

188 sq. *– – – – pellitur aestus Accessusque furit*	II, 614 *Qua brevibus furit aestus aquis*

Digitized by Google

606 – – *dederat qui nomina ponto*	IV, 347 – – *unde haec data nomina ponto*
618 – – – *gurgite torrens*	IV, 409 *Contra Nilus adest et toto gurgite torrens*
744 sq. *Hanc prope sunt Chalybes durissima rura colentes Quos labor exercet saevus ferrique metalla*	IV, 610 sq. *Non ita sit metuenda tibi saevissima quamquam Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in arvis*
762 – – – *gratissima flumina volvit*	IV, 759 – – – – – *lumina volvit.*

Restat ut verba faciam, quomodo Priscianus Claudianum in suum usum converterit.

A. Similiter incipientes versus exstant:

536 *Cernentem Cyprum*	Claud. XIX, 76 *Respiciens Cyprum*
894 *Qui solis radiis*	XXIV, 66 *Qui solis radiis.*

B. versus similem in modum exeuntes:

Perieg. 3 – – – – *carmine digno*	Claud. XXVI, 590 – – – – *carmine dignus* (cf. XXXII, 6)
38 – – – – – *nomine sumit*	c. m. 25, 82 – – – *Cognomina sumpsit*
91 – – – *mediisque Phaestus in arvis* cf. Perieg. 411	R. Pros. III, 45 – – – *Mediis invenimus arvis*
152 – – – – *sub parte sinistra*	V, 352 – – – *in parte sinistra.*

C. alii similes versuum pedes:

67 *Nunc maris Hesperiae lustrabo carmine tractus*	c. m. 31, 25 – – *carminibus totiens lustraverat aras* Luc. IX, 1057 – – *animo terras atque aequora lustras* Cf. Luc. V, 437
86 – – – *Tyrrheni volvitur aestus*	XVII, 204 – – – *Tyrrhena tunditur unda*

Digitized by Google

188 --- *Tyrrheni pellitur aestus*	Cf. X, 455 et 482
150 *Inter quas Tanais Maeotidis intima pulsat*	VIII, 44 *Inter se Tanais*
186 ---- *crimine falso*	XV, 170 *Crimine pulsatur falso* Verg. Georg. II, 45 ------ *crimine ficto*
275 -- *Germania subiacet atrox*	VII, 18 --*ferox toto Germania Rheno subiacet* XXI, 192 --- *audax Germania sevit* Cf. Claud. XXVI, 425
202 *Hunc habitant iuxta Garamantes*	c. m. XXVIII, 20. *Hunc bibit infrenis Garamas*
215 -- *terras fecundat*	R. Pros. I, 188 – *fecundat humum* ---
243 *Et Pharos Idothees*	XVIII, 218 *Et Pharos Augusto iacet*
277 *Et pascit volucres*	c. m. 53, 21 *volucrem pascit*
288 --*consurgit fons Histri*--	XXI, 215 *fontesque interiacet Histri*
289ss. -----*pervenit undas* *Irriguam Peucen amplexus gurgite quino* *Cuius ad arctoas est partes barbara tellus*	VIII, 630 *Corporibus premitur Peuce per quinque recurrens* *Ostia, barbaricos vix egerit unda cruores*
341 sq. ---*belluces Pannoniique Et Mysi Thracum*	V, 45 sq. *Nam plaga Pannoniae miserandaque moenia Thracum* *Arvaque Mysorum*
417 sq. --- *Grai nomine vero Asbestum memorant*	c. m. XXX, 15 *Hoc Grai memorant*
478 *Trinacriae post has moles distenditur ampla*	XXVI, 220 *Ipsa etiam diffusa brevi Trinacria ponto*

Digitized by Google

480 *Procurrens Pachyno* — XV, 142 *--- veniat praerupta Pachyno*

489 *--- Camerina gignitur unda* — r. Pros. II, 89 *quas pigra cado Camerina palustri*

595 *Hinc tepidos proram convertens navis ad austros* — XXVI, 347 *--- tepidis fundamina subruit austris*

598 sq. *Litoribus cuius saliunt densissima cete* — XXIV, 360 ss. *Cunctaque prosiliunt cete terrenaque Nereus*

Quae pascit mare Rubrum, montibus aequa — *Confert monstra suis et non aequare fatetur Aequora, sic victor quotiens per rubra Lyaeus Navigat.* Cf. Sil. XI, 479

636 *-- innumeri descendunt fontibus amnes* — III, 183 *-- innumeros amnes*

653 *Caucaseis --- montibus altis* cf. Perieg. 999 — VII, 108 *rupibus Caucaseis*

658 *-- tristi nimioque rigore* — VIII, 403 *Triste rigor nimius*

673 *-- celeres descendunt Phasidis undae* — XXI, 200 sq. *----- undas Vincebat celeres*

686 *-- navis transire profundo* — r. Pros. I praef. 1 *- secuit primus qui nave profundum*

737 sq. *-- usque ad Chalcedonis ora Bosphorus augustat scopulis* — VIII, 177 *Bosphorus adversam petitur Chalcedona*

746 *Vicinos istis campos* — V, 63 *Impia vicini -- campi cerni*

747 *Assyrii complent popidi* — VIII, 308 *Nec damus Assyriam -- gentem*

768 *-- transit Syriae recessus* — V, 33 *-- Syriae tractus vastantur*

778 *Qua brevior Phrygiae pars est* — XX, 238 *Pars Phrygiae*

Digitized by Google

781 sq. *— altae sub montibus Idae* *Ad Xanthi . . . Simoentis ad undas*	XXI, 264 *Non sic tremuit Simois cum montibus Idae* r. Pros. III, 371 *quales non rupibus Idae miratur Simois*
792 sq. *Et Tmoli colles, fluvius quibus aurifer exit Pactolus*	XXIV, 61 *Quae sic aurifero Pactoli fonte tumescit* Verg. Aen. X, 142 *— Pactolusque inrigat auro* Luc. III, 219 sq. *— ab auriferis tellus exire metallis Pactolon*
846 *Chaldaeo — sanguine gentem*	III, 148 *— qua gens Chaldaea vocatis*
938 *At supra Babylona vides*	VII, 201 *Iam video Babylona rapi* Cf. Stat. Silv. IV, 1, 40
951 *Rupibus haec celsis*	XIX, 65 *— celsa de rupe*
1006 *Nomine communi*	XXIV, 151 *— communi nomine fovit*
1083 *Quam gremio-suscepit*	III, 23 *Suscepi gremio.*

Postremo loco singillatim afferantur versus qui sunt contaminati e pluribus versibus aut unius poetae aut complurium.

Sunt versus hi:

Perieg. 197 *Nec non Cyrene clarorum mater equorum*	Verg. Aen. III, 704 sq. *Acragas — magnanimum quondam generator equorum* Georg. IV, 321 *Mater, Cyrene, mater*
115 *Post hanc est geminum mare vastum fluctibus atris*	Verg. Aen. II, 780 *— vastum maris aequor* Verg. Aen. V, 2 *— fluctusque atros aquilone secabat*

Digitized by Google

	Luc. I, 101 *– – – geminum gracilis mare*
182 *Namque errant nemorum per dumos more ferarum*	Verg. Aen. IX, 393 *– – dumisque silentibus errat*
	Ovid. Met. VII, 387 *– – saecarum more ferarum*
281 *Hic Phaethonta suum carae luxere sorores*	Aen. XI, 215 sq. *– – – – hic cara sororum Pectora maerentum*
	Stat. Theb. XII, 413 sq. *– – – Phaethonta sorores*
	414 *Fumantem lavere Pado*
	415 *Flentes stabant*
459 *Nunc magno nobis sunt insulae ore canendae*	Aen. XII, 692 *– – – magno simul incipit ore*
	Claud. XXVI, 124 *– – – – canit ore vetustas*
1007 *– – – squalent nam sentibus aspris*	Aen. II, 379 sq. *– Improvisum aspris veluti qui sentibus angûem Pressit*
	Luc. IX, 385 *– – squalent serpentibus arva*
666 *victricia signa sequentes*	Luc. II, 115 *– – – – nova signa sequentes*
	Sil. VI, 599 *– – – – victricia signa parabat.*

Iam si comprehendimus quae effecimus, Priscianus in Periegesi potissimum Vergilium, secundo loco Claudianum, tertio Lucanum, quarto Ovidii Metamorphoses, quinto Silium Italicum, Valerium Flaccum, Statii Achilleida et Thebaida in suum usum convertit.

Haec hactenus de poetarum imitatione.

Sed etiam prosaicos scriptores adhibuit. Qui sunt ante omnes Solinus et Plinius.

Digitized by Google

C. Priscianus Solino Plinioque fontibus usus est.

Singulos locos Solini iam Th. Mommsenus in editione[1]) contulit, sed accuratius eos tractare operae pretium est. Videmus enim Priscianum modo descriptiones Solini magis etiam verbis repetentem modo tantum res ipsas reddentem. Omnibus autem locis Solini verba valde coartavit.

Parum accurate poeta v. 318 herbam appellat *Medicam,* cum Solinus hoc nomine oleum hac de herba factum induerit.

In universum res et nomen ipsum rei, de qua singulis locis agit, exhibet versibus 428—431 (Solin. 60, 6—9),[2]) 433—438 (64, 13—17), 698—703 (86, 13—87, 1), 883 (152, 21 ss.), 1029—1032 (187, 11—13), 1063—64 (193, 6—8). Num etiam versus 492—94, 596 et 980—981 ad Solinum referendi sint dubito. Iam breviter agam de locis ad verbum fere e Solini libro haustis.

Ac primum quidem proferam eos locos quos Priscianus minima mutatione in versus suos inserere potuit. Conferas velim

Perieg. 1065—1070	Sol. 194, 1—10
Quem minime valeat ferrum superare nec ignis	*at illi --- nec ferro vincuntur nec igni domantur; verum*
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum	*tamen si diu in sanguine hircino macerentur non*
Sed tepido fractus multis incudibus ante	*aliter quam si calido vel recenti, malleis aliquot ante*
Hic iuxta positus magneten viribus arcet	*fractis et incudibus dissipatis aliquando cedunt;*
Occultis ferri raptu, vel tractibus ante	*inter adamantem et magneten est quaedam naturae*

[1]) Berolini 1895.

[2]) Uncis inclusi Solini locos, in quibus indicandis Mommseni numeris usus sum.

Digitized by Google

Admotum retrahit, defendens robore miro

occulta dissensio, adeo ut iuxta positus non sinat magneten rapere ferrum vel si admotus magnes ferrum traxerit

316—320

In quorum terris, quas Ponti praefluit unda
Ignipotens oleo commixto gignitur herba
Medica cui nomen; cuius compescere flammas
Si quis aqua cupiat, plus ignem pascit in illa,
Pulveris hanc iactus potis est extingere solus

Sol. 99, 11—13

In quarum parte quae Pontica est apparet herba, qua inficitur oleum, quod vocant Medicum; hoc ad incendium excitatum si obruere aqua vestias, ardet magis nec alio sopitur quam iactu pulveris

415—418

Hic merulos perhibent albos (mirabile dictu)
Hic nasci lapidem, qui tacto accensus ab igni
Extingui nequitur, quem Grai nomine vero
Asbestum memorant; ferri nitet ille colore.

Sol. 57, 10—12

non indignum est relatu, quod cum aliis locis merula furva sit, circa Cyllenem candidissima est. Nec lapidem spreverimus, quem Arcadia mittit, asbesto nomen est, ferri colore, qui accensus semel extingui nequitur.

Aliis locis paucae voces sunt quas sine ulla mutatione recepit. Sunt loci hi:

202—205

Hunc habitant iuxta Garamantes Debride clari
Quae superat cunctas urbs miro munere fontis

Sol. 198, 20

Garamantum oppidum est Debris fonte miro -- die frigeat nocte ferveat, glaciali alga inhorrescat

Digitized by Google

Frigore qui noctis ferret calefactus et umbris
At solis friget radiis glacialis et igni

707—709
Unde canes nati superant genus omne ferarum
Magnus Alexander missum sibi viderat inde
Victorem verrisque canem rabidique leonis

Sol. 83, 7 sq.
Apud hos populos nati canes feris anteponuntur -- leones premunt --- Legimus petenti Indiam Alexandro a rege Albaniae duos missos

987
Nec non pyrites, digitos qui strictus adurit

Sol. 159, 12—14
Pyrites (13 verba omisit Prisc.) *digitos adurit.*

254—58
Hic lapis, Heeliotropius qui nomine vero
Dicitur, est: vertit radios nam solis in unda
Siquis eum fusa labris immergat aenis
Sanguineaque rubens resplendet luce coloris
Purior at soli renitet nudatus ab undis

Sol. 123, 15—124, 4
Deiecta in labris aheneis radios solis mutat sanguineo repercussu extraque aquam splendorem eius abicit et avertit

439—41
Concipit et parit hic naturae munere gemma
Quam paeaniten perhibent, praegnantibus ista
Auxilium confert, facilis relevamine partus

Sol. 66, 21—67, 1
Macedonia lapidem gignit, quem paeaniten perhibent: hunc eundem et concipere et parere et parturientibus opitulari fama prodiga est

Digitized by Google

527—30	Sol. 72, 17
Iden, ante ortus solis perhibent quam fulgere sole	*praeter ceteros Ida est, qui ante solis ortus solem vidit*
Gignitur hic alimos; quam si quis mordeat herbam	Sol. 73, 17—18
Compescit damnumque famis rabiemque diurnam	*Herba alimos dicitur, ea admorsa diurnam famem prohibet.*

Praeterea his locis singularia verba e Solino in carmen suum recepit: v. 704, 1027—28, 1033—34, 390—95, 427—73, 581—84, 984, 989. Conferas si placet exempla:

v. 704	Sol. 88, 5
Hic et crystalli perlucet maxima moles	*Istic et crystallus;--*
1027—28	Sol. 186, 18—187, 2
Hic alii superant procero corpore tantum	*quidam populi adeo proceri, ut elephantos velut equos facillima insultatione transiliant*
Insiliant equitum faciles ut more elephantos	
1033—34	Sol. 191, 8 et 18, 192, 1
Psittacus hic viridis decoratus torque rubenti	*Sola India avem psittacum coloreviridem torque puniceo*
390—95	Sol. 55, 4—6
Haec regio fontem mirandae concipit undae	*in Epiro fons est sacer frigidus ultra omnes aquas et spectatae diversitatis, nam ardentem si in eo demergas faces, extinguit: si procul ac sine igne ammoveas, suopte ingenio inflammat*
Quem merito veteres dixerunt nomine sacrum	
Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum	
Accensasque faces si quis prope duxerit undam	
Extinguit flammas; recipit sed rursus easdem	

Digitized by Google

Admoveat dextra cum extinctam lampada fonti	
472—73	Sol. 45, 11
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram; *Corporibus lapis hic ceu glutine tactus adhaeret*	*Solus edit, quem catochiten vocant lapidem fatu dignissimum. – – – corporibus adnectens, ut cumipso haereant quibus tangitur; sic ei inest velut de glutine lentiore nescio quid par atque gummi*
581—84	Sol. 102, 10—13
– *perfulget nigro splendore gagates* *Hic lapis, ardescens haustu perfusus aquarum,* *Ast oleo perdens flammas; mirabile visu,* *Attritus rapit hic teneras, ceu succina, frondes*	*gagates hic plurimum optimusque est lapis, si decorem requiras, nigrogemmeus; si naturam, aqua ardet, oleo, restinguitur: si potestatem, attritu calefactus adplicita detinet atque sucinum*
984	Sol. 158, 14—16
Myrrhitemque, bonum nardi cum reddat odorem?	*myrrhites Parthis familiaris est* (duos versus omittit Prisc.), *spirat nardi suavitatem*
989 sq.	Sol. 160, 8—10
Atque selenites, lunaris imagine lucis *Qui decus et minuit proprii splendoris et auget*	*Selenites* (4 verba omittuntur a Prisc.) *continens lunae imaginem, quam . . . perhibent diebus singulis vel minui vel augeri.*

Restat ut enumerem reliquos versus quibus Priscianus Solino sua debet: sunt

Digitized by Google

Prisciani:	Solini:	Prisciani:	Solini:
248—49	146, 5—6	502—504	53, 12—18
275—78	96, 5— 9	882	152, 17—19
450—52	55, 10—13	980—83	159, 2—4
467—69	47, 11—16	985—86	159, 6—12
489—91	51, 8—10	1019	195, 1
495—98	51, 15—17	1059—62	192, 10—12
499—501	52, 10—12	1071—72	194, 11—12.

His adde Prisciani versus 597—603, 775—77, 1019 et Solini locos 191, 3; 171, 18—172, 3; 195, 1 sq. quos Mommsenus non attulit.

Haec habui quae de Solino Prisciani fonte disputarem.

Neque vero praeteribimus locos quos Priscianus Plinio auctori debet. Sunt autem hi. In versibus 280—84 his verbis de Eridano flumine loquitur:

Eridani fontes contingens glauca fluenta
Hic Phaethonta suum carae luxere sorores;
Hic electra legunt alnis stillantia Celtae
Sucina quae memorant, mollis vinire colore

quae conferenda sunt cum Plinio HN. 37, 30—31: *Proximum locum sucina obtinent. . . . . Phaethontis fulmine icti sorores luctu mutatas in arbores populos lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem quem Padum vocamus, electrum appellatum*

Deinde versus 324—26

Nascitur hic scopulis Pallenae gemma refulgens
Asterium perhibent; stellis certare putatur
Et flammae similis splendenti lumine lychnis

Plin. HN. 37, 103: *Ex eodem genere ardentium est lychnis appellata a lucernarum accensu. ----quae purpuram radiet, alteram quae coccum* et ib. 131: *Proxima candicantium est asteria:*

Digitized by Google

. . . *eadem regerit radios in modum stellae, unde nomen invenit*

690 *Sed tamen egregio crystalli pondere gemmam*
Atque malos lemures quod pellit munus iaspin
Nocturni manes fugitant; ---

Plin. HN. 37, 115: *Viret et saepe tralucet iaspis, etiam victa multis antiquitatis gloriam retinens.* Pergit Plinius paulo post: *ut crystallo similis* et deinde adicit: *Totus vero oriens pro amuleto gestare eas traditur.* Haec verba Priscianum in verba *malos lemures pellit* vertisse puto.

De versibus 876 et 879 compares Plinium HN. 12, 85.

Ne vero putes alios locos quos Solino tribui Priscianum e Plinio sumpsisse, conferas hos Plinii locos cum Solino et Prisciano. Apparebit poetae verba re vera e Solino fluxisse.

Plinii HN. V, 36 verba: *oppidum Garamantum adfuso fonte a medio die ad mediam noctem aquis ferventibus totidemque locis ad medium diem rigentibus* compares cum Prisciano v. 202—205 et Solino 128, 20 (cf. p. 60.).

Tum Prisciani versibus 415—18 et Solini verbis 57, 10—12 (cf. p. 60) oppone Plinii verba 37, 146:

Asbestos in Arcadiae montibus nascitur coloris ferrei.

Denique conferas Prisciani vss. 390—95 et Sol. 55, 4—6 verba (p. 62) cum Plinio HN. II, 228:

In Dodone Iovis fons cum sit gelidus et immersas faces extinguat, si extinctae admoreantur, accendit;

Digitized by Google

et Prisc. vss. 275—78 et Sol. 96, 5—9[1]) cum Plinio HN. X, 132: *In Hercynio Germaniae saltu invisitata genera alitum accipimus, quarum plumae ignium modo conluceant noctibus.*

Prisc. Perieg. 275—78

Saltibus Hercyniis Germania subiacet atrox:
Haec tergo similis taurino dicitur esse
Et pascit volucres mirum fulgentibus alis,
Quis ducibus noctu cernuntur flexa viarum

D. De arte rhetorica in Periegesi adhibita.

Iam me verto ad artem rhetoricam, qualis in Prisciani Periegesi emineat. Non sine arte poetam tractasse materiam suam vel figurae ab eo adhibitae ostendunt.

Inter has primus locus anaphorae et epanaphorae tribuendus est:

157 *Cimmerium torrens*
158 *Cimmerii gelidis habitant*
281 *Hic Phaethonta – – luxere*
282 *Hic electra legunt:* cf. 1057sq., 1070sq.
Cf. 415 et 416.
444 *Ad zephyrum regio*
445 *Ad notias partes*
521 *Et Corcyra*
522 *Et quas oblimat*, cf. 856sq.; 1084sq.
651 *Europen fluvio dirimens*
652 *Europen zephyris*, cf. vss. 660sq., 681sq., 705sq., 743sq., 774sq., 860sq., 875sq., 901sq.; vss. 295, 297, 300—301 qui voce *atque* incipiunt

[1]) Sol. 96, 5—6. *Saltus Hercynius aves gignit, quarum pennae per obscurum emicant et interlucent, quamvis obtenta nox denset tenebras, unde homines loci illius plerumque nocturnos excursus sic destinant, ut illis utantur ad praesidium itineris dirigendi, praeiactisque per opaca – – vice moderantur indicio plumarum refulgentium.*

Digitized by Google

173 *Hæc sitis, hac minor - -*

413 *Qua Melas atque Crathis fluvi, qua - -*

431 *Hoc fuscat niveas, hoc albat gurgite nigras*

632 *Nunc obliqua means, nunc recto limite currens,*

quo loco etiam metabolen et symplocam invenimus; cf. Perieg. 720.

Aliud anaphorae genus est ἀναδίπλωσις vel geminatio, quam in Periegesi invenimus

247 sq. *Scilicet eoas Nili qui continet oras Nili, quem....*

cf. vss. 494, 528, 762 sq., 935 sq.

Quo cum genere artissime cohaeret locutionis modus, quem Graeci κύκλον vocant, ubi ineunte et exeunte versu eadem vox invenitur; vide Periegeseos versum

148 sp. *Nervo curvati distento, dextera nervum Assimilat.*

Epanastrophe reperitur in Periegeseos versu 349 sq.

Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam
Romam, quae....

Polyptoton nobis occurrit in Periegesi

219 *Hic latis - - - disterminat oris*
220 *Haec ortus cernit*
221 *Hunc habitant*

cf. 416, 457, 502; 250, 235 sq.

Annominationis vel paronomasiae exempla praebet Periegesis:

120 *Sidonium est pelagus, penetrat qua gurgite pontus*

273 *Quos tamen haud maculat praesens nec deicit absens*

506 sq. *- - - - - Syrtisque vadosa*
Maior; ad ulterius si pergas, cerne minorem;
cf. v. 66.

592 *At navem pelago flectenti aquilonis ab oris*
Ad solem calido referentem lumen ab ortu;
cf. v. 444 sq., 704 sq., 637 sq.

Digitized by Google

Denique affero ornamentum illud quod poetae imprimis ad ornandos versus adhibent, alliterationem. Hanc antiquis fuisse gratissimam versuum exornandorum rationem constat. Quantopere Vergilius, quem cognovimus Priscianum imitatum esse, hac figura usus sit, praeclare demonstratum est a Kvičala[1]), quem sequor; in Periegesi nobis occurrunt haec exempla:

31 *discrimen dicitur* — 59 *sinus simul*
79 *Gallicus gurges* — 96 *penetrans pelago*
120 — — *pelagus; penetrat pontus* — 138 *Panditur hinc ponti pelagus*

cf. 171; multa exstant alia exempla quae afferre longum est.

Versus includitur verbis quae ab eadem littera vel syllaba incipiunt

Perieg. v. 23
Perstringit praecepsque ruit Maeotida poscens
cf. v. 301

507 *Maior . . . . minorem* — 576 *Hesperides . . . Hiberi*
1008 *Curalli — carpunt* — 31 *Euxini — esse:* cf. v. 394, 792.
33 *Ast — austros:* cf. vss. 40, 133, 147, 297, 300, 323, 541, 577, 807. — 206 *Omnibus — ora*

Artificiosius sunt formata:

I. abab alliterationis formae

exempla haec:

Perieg. v. 29 *Asiae* (a) *latus* (b) *artum* (a) *lingua* (b) *supernis*; cf. vss. 77, 163, 187, 223, 362, 384, 405, 499, 510, 537, 549, 582, 696, 702, 728, 813, 899, 938, 992, 1049.

[1]) Kvičala, Neue Beiträge zur Erklärung der Aeneis. Prag 1881 p. 34: *Wenn man von den unsicheren, zu wenig prägnanten und vielleicht nicht beabsichtigten Beispielen absieht, wie passim oculos per cuncta ferenti, so finden sich doch sichere oder wenigstens wahrscheinliche Fälle wie*

568 *servantem et tacitam secreta in sede latentem*

572 *Et pernas* (a) *Danaum* (b) *et deserti* (a) *coniugis* (b) *ira*

Digitized by Google

II. formae aabb praebet exempla

Perieg. v. 28 **Ast alii terris** malunt discernere **terras**;

cf. vss. 63, 197, 260, 316, 351, 396, 433, 451, 457, 536, 548, 575, 580, 585, 590, 616, 624, 677, 786, 898, 964.

Denique forma abba alliterationis in Periegesi occurrit 31ies; vide versum

31 **Euxini** locus hic **discrimen dicitur** esse;

cf. vss. 41, 42, 55, 100, 104, 106, 140, 145, 148, 159, 177, 232, 295, 300, 301, 425, 520, 620, 664, 721, 783, 828, 868, 878, 919, 937, 963, 993, 1008, 1038.

Praeterea in Periegesi invenimus in vss. 535, 642 formam aabb, et in v. 73 formam abbab; v. 550 formam ababa praebet.

Conferas quaeso Periegeseos versus:

82 - - *aquilonis ab axe reductis*
128 - - *arctous ad partes aspice*
457 *Quam mediam dirimit descendens murmure vasto*
494 *Nec superant flammae frigus nec frigora flammas*
525 *Aegylaque, inde Cythera, Calauria dura colonis;*
603 *Nam mala tam - - -*

Ad versuum exornandorum rationem spectant etiam versus similiter cadentes; occurrunt in Periegesi versus vel in unam vel duas vel tres vel quattuor similes litteras exeuntes.

Versus in Periegesi leginus exeuntes

I. in unam eandemque vocalem

vss. 19—20	647—649—651	in *o*
286 et 288	698 et 700	
290 et 292	868 et 870	
456—57		

Digitized by Google

vss. 317—318, 861—862, 953—954, 1077—1078, 1082—1083 in *a*; addamus versus 540—41, 884—885 in *i*, vss. 732—733 in *ae* exeuntes;

II. in duas easdem litteras

1. vss. 988—989 in *is*

2. vss. 81—82, 84—85, 122—123, 229—230, 408—409, 592—594, 806—807, 841—842, 903—904, 961—962 in *is*.

3. vss. 175sq., 177sq., 235sq., 590sq., 710sq., 939—941—943, 1046sq. in *es*,

4. vss. 46sq., 157sq., 996 et 998, 1040sq., 1079sq. in *um*,

5. vss. 339sq., 652—654—656, 683sq. in *us*,

6. vss. 413sq. in *on*,

7. vss. 529sq. in *am*,

8. vss. 757 et 759 in *as*;

III. in tres similes litteras

1. vss. 67sq. in *-tus-*

2. 115sq. in *-ris-*

3. 391, 659, 895, 897 in *-rum-*

4. 452—54 in *-ens-*

5. 467sq. in *-ndo-*

IV. in quattuor et plures similes litteras:

775 - - - - *potentis* 854 - - - - *pulcram*

776 - - - - *gementis* 856 - - - - *sacram*

V. in integra verba:

672 - - - *ponti* 763 - - - *ad ostia Ponti*

674 - - - *ponti* 764 - - - *per litora Ponti*

1067 - - - - *ante* 1069 - - - - *ante*

Separatim sunt enumerandi versus Periegeseos:

89 - - - - *oris* a 679 - - - - *Hiberes* a

90 - - - - *rupem* b 680 - - - - *relicto* b

91 - - - - *avis* a 681 - - - - *ferentes* a

92 - - - - *frontem* b 682 - - - - *Baccho* b

Digitized by Google

179	- - - - *caede ferarum*	a	703 - - - - *hostes*
180	- - - - *perfindere rastris*	b	704 - - - - *moles*
181	- - - - *domitare sonoris*	b	705 - - - - *proles*
182	- - - - *more ferarum*	a	

876 - - - - *oloris*
877 - - - - *odore*
878 - - - - *honore*

977 - - - - *unda cylindris*
978 - - - - *pascitur auris*
979 - - - - *rura secundis*
980 - - - - *decoratur honestis.*

Cf. vss. 1046—1050.

Sequantur versus qui caesura penthemimeri in duas partes quae in similes syllabas exeunt dividuntur; conferas exempli gratia Periegeseos versum:

53 *Exiguos multos || dirimens mare, quattuor amplos*

Occurrunt tales versus desinentes:

1. in *os* in Periegesi v. 53 (73), (829)[1])
2. in *as:* vss. 98, 328, 431, 438, 538, 550, 752, 783, 946, 991 (667);
3. in *es:* vss. 171, 213, 313, 595, 642 *(gentes—tenentes)* 744, 860;
4. in *ĭs:* vss. 75, 227, 252, 409, 450, 501, 630, 715, 734, 806, 841, 842, 915, 959, 980, 1043 (57, 81, 84, 109, 353, 725, 909);
5. in *ĭs:* vss. 435, 446 *(gentis—potentis)*;
6. in *us:* vss. 86, 120, 188, 320, 378 (791);
7. in *um:* vss. 182, 330, 419, 423, 482, 1080 (47, 661, 743, 832);
8. in *am:* v. 426;
9. in *em:* vss. 92, 1045;
10. in *ae:* vss. 514, 542, 575, 688 (781, 993, 1059);
11. in *o:* vss. 21, 106 *(zephyro—austro)*, 651, 680, 686 (107, 292, 477);

1) Versus uncis inclusi non penthemimeri sed hepthemimeri in duas partes dispertiuntur.

Digitized by Google

12. in *a:* vss. 206, 563, 669, 774, 914;
13. in *i:* vss. 274, 297, 347, 412, 637, 671, 701, 763, 770, 785, 873, 922, 966 (168, 243, 357, 1018, 1021);
14. in *e* versus 809.

Singulares sunt versus

124 *Qui inga montivagas vastat silvasque fatigat*
et 113 *Ad solis veniens ortus Salmonida poscens*

Cf. vss. Perieg. 273 et 279.

Postremo loco disquiram, quomodo verba collocata sint, secutus quae exposuit Nordenus in commentario ad Aeneidos librum sextum p. 382sq.

Versus includitur vocabulis quae inter se conexa sunt,

I. attributo et substantivo:

v. 46 *Eoumque vocant atque Indum nomine pontum*
v. 74 *Caeliferasque tenens Atlans stat monte columnas.*
Cf. vss. 132, 184, 224, 228, 233, 317, 329, 491, 504, 1000, 1022, 1047; = 15ies.

In Periegesi nobis occurrunt versus in quibus substantivum in principio versus, attributum in fine exstat, id quod apud alios poetas raro fieri solet (Cf. Nordenum l. l. p. 382); vide versus:

424 *Nomine — prisco*
923 *Gens — illa;*
229 *Marginibus — ternis*
454 *Phocis — ingens,*

quibus locis vis posita est in vocabulis *ternis* et *ingens.*

Sequuntur versus 208, 271, 540, 570, 738, quibus substantivum quod e nomine proprio constat versus initium, attributum autem finem facit. Huc pertinent vss. 391, 599, 845, quibus in principio versus pronomen relativum substantivi loco positum est;

Digitized by Google

II. duobus verbis:

a. duobus verbis finitis:

v. 63 *Fluctuat ast alter Panchaeaque litora pulsat*
555 *Panditur hinc pelagus tumidaque Propontide fervet*
578 *Sunt geminae Rhenique Britannides ostia cernunt*

b. duobus participiis:

963 *Advergens austros post Caspia claustra petensque*

III. duobus substantivis:

a. duobus subiectis:

v. 200 *Gaetulique super sunt vicinique Nigretes*
207 *Aethiopes*; *Libyes ubi finit litora Cerne*
314 *Noriciique colunt bellaces Pannoniique*
344 *Tyrrheni primum fortes iuxtaque Pelasgi*
362 *Moenia cernuntur Metaponti deinde Crotonque*

praeterea vv. 447, 497, 581, 723,[1]) 790, 805, 809, 942, 1082, = 14ies

b. duobus obiectis:

350 *Romam, quae genetrix regum dominatur in orbem*
596 *Taprobanen venies, generat quae magna elephantes*

c. duobus adiectivis:

53 *Exiguos multos, dirimens mare, quattuor amplos*
66 *Maiores: nam sunt alii multique minores*

(Cf. v. 507)

Alii loci sunt: vss. 119, 215, 501, 648 *(Ingentes — potentes)*, 649, 853, 854, 870, 915, 955, 929, = 15ies.

In versu 66 a Prisciano posita esse videntur verba locis gravissimis, ut vocabulo *maiores* opponat vocem

[1]) Numeri linea signati praebent versus, in quibus subiecta sunt nomina propria.

Digitized by Google

minores; idem factum esse puto in versibus 507 et 648, quibus *ingentes* opponitur vocabulo *potentes*, cum similiter desinant.

Praeter haec exempla inveniuntur in Periegesi alia substantiva, quibus versus includitur; sunt in summa 14 + 2 + 119 = 135.

IV. Duo vel plures versus incipiunt a verbo finito:

v. 11 *Clauditur haec, bifido sed bracchia litore pandens*
12 *Artatur rapidos cursus ad solis utrimque*;
his adde vss. 142sq., 146sq., 394sq., 406sq., 482sq., 486sq.

V. Verba finita finiunt versus duos vel plures continuos:

v. 38 *Qui, quamvis unus sit, plurima nomina sumit*
39 *Finibus Hesperiis Atlanticus ille vocatur.*

190 ---- *nomine dicunt*
191 ---- *iustissima fertur.*

385 ---- *mutasse feruntur*
386 ---- *Thebasque relinquunt*

1011 ---- *aequora claudunt*
1012 ---- *lumine cernit.*

Conferas quaeso vss. 77 et 79, 325 et 327, 693 et 695, 717 et 720, 740 et 741, 980sq., quibus non sequens sed subsequens versus verbo finito concluditur. Denique affero exitus versuum 122 et 123.

VI. Versus prior incipit a verbo et versus alter verbo finitur:

v. 2 *Annue, rex caeli,* ---
3 *In quas imperium* -- *dedisti.*

37 *Circuit oceani gurges* ---
38 ---- *nomina sumit.*

Digitized by Google

Exempla huiusmodi exstant in versibus 43sq., 76sq., 190sq., 324sq., 370sq., 385sq., 516sq., 552sq., 823sq., 834sq., 912sq., 996sq., 1034sq.

VII. Versus prior verbo finitur et versus alter a verbo incipit:

v. 79 *Gallicus hinc gurges, qui Celtica litora pulsat*
80 *Excipit. - - -*,
et in versibus 130sq., 264sq., 562sq., 990sq.

Nunc quaeramus, quomodo in Periegesi duo substantiva et duo attributa sint disposita.[1])

Saepenumero uno in versu duo substantiva nobis occurrunt quorum utrumque secum attributum habet. Auctor carminis legem sequitur quam Nordenus statuit l. l. p. 386:

falls von zwei Substantiven das eine ein Attribut hat, so wird auch dem zweiten ein solches hinzugefügt.

Iam perscrutemur, quomodo poeta illa substantiva eorumque attributa intra unum versum distribuerit, Nordenum secuti attributa minusculis ‚a' et ‚b', substantiva maiusculis ‚A' et ‚B' notantes.

In Periegeseos versu

216 *Septenoque ferit Pellaeum gurgite pontum* (a b A B) habemus collocationem abAB, quam praebent quoque versus 346, 594, 641, 655, 789, 862 = septies;
formam abBA exhibent versus
98 *Dividit et geminas diversis partibus oras,* (a b B A)
et 391, 563, 924, 1001 = quinquies.

Contrariam autem collocationem AB ab in qua attributa sequuntur substantiva, quam Nordenus (cf.

[1]) Cf. Nordenum l. l. p. 384.

Digitized by Google

p. 386 l. c.) rarissimam vocat apud poetas Latinos, Periegeseos auctor praebet in versibus

A B a b
245 *Navigiis populus duris quam possidet aptus*

et 276, 437; versus 910 habet formam ABba.

Praeterea in Periegesi sunt formae:

AbaB vss. 86, 460,
AaBb vss. 115, 294, 457, 559, 645, 755, 920, 951, 973, 1025 = decies,
AbBa vss. 540, 656, 744, 1072 = quater,
AabB vss. 658, 762, 810, 954, 960 = quinqies,
aABb vss. 290, 640, 746, 853, 854, 856 = sexies,
aAbB vss. 174, 761, 978 = ter,
aBbA vss. 678, 725,
aBAb vss. 459, 922.

Transeo ad disquirendum, quomodo duo verba, substantivum et attributum, quae versus fine dirimuntur, in duos versus distribuantur. Plerumque attributum et substantivum versu exeunte ita seiunguntur, ut attributum antecedat substantivum velut in v. 7 sq.:

- - refluum memorare parabo Oceanum,

et versibus 136 sq., 191 sq., 335 sq., 400 sq., 402 sq., 429 sq., 468 sq., 551 sq., 572 sq., 575 sq., 626 sq., 708 sq., 896 sq., 901 sq.

Sed hoc quoque fit, ut substantivum antecedat; in Periegesi saepe attributum postponitur,

1. si attributo numerus, magnitudo, spatium exprimuntur.[1])

Attributum hac seiuncta collocatione urgetur, ut

6 sq. *populosque per orbem | Discretos - - -*
84 sq. *ab undis | Inter Sardonium - refusis*

[1]) Cf. Nordenum l. l. p. 390.

Digitized by Google

157 sq. *hic ubi Taurum | Cimmerii - habitant - - imum,* quibus in versibus de spatio agitur; his adde vss. 168 sq., 333 sq., 399 sq.;

de magnitudine agitur in versibus 65 sq.;

quos Tethyos efficit unda | Maiores; in versibus 109 sq., 484 sq., 506 sq.

2. Attributum quod substantivi rem propriam significat postponitur, veluti

30 sq. *aequora ponti | Euxini* (cf. v. 736 et 120) et in versibus 41 sq., 348 sq., 516 sq., 526 sq., 736 sq., 1068 sq.

Versus exit in vocem levem sive adverbium sive pronomen sive aliam vocem.[1])

Versus exit

1. in pronomen:

relativum: v. 802 *cuius;* personale v. 766 *nobis;* demonstrativum v. 87 *istum,* v. 246 *iste,* v. 440 *ista,* vss. 52, 513, 901, 986 *ille,* vss. 69, 621, 657, 1058 *illis,* v. 250 *illam,* vss. 263, 320, 556, 881, 914, 923, 953, 965, 1026, 1061 *illa,* v. 422 *illud,* v. 438 *illas,* v. 900 *huius,* v. 970 *hunc*; v. 142 *alter,* v. 692 *omnem,* vss. 962 et 1037 *omnis,* v. 1004 *omnes,* v. 1062 *omne,* v. 1006 *nullo;* v. 76 *utrique,* v. 916 *uterque;* vss. 41 et 451 *idem,* v. 126 *eodem,* v. 394 *easdem,* v. 729 *ipsi,* v. 947 *ipso;*

2. in adverbium:

vss. 12 et 421 *utrimque,* v. 490 *umquam,* vss. 110 et 585 *longe,* vss. 198, 486, 571, 646 *olim,* v. 635 *illuc,* v. 639 *ubique,* v. 678 *late,* vss. 708, 905, 995 *inde,* v. 810 *quondam,* vss. 1027 et 1066 *tantum,* vss. 1067 et 1069 *ante;*

3. in numerale:

vss. 461 et 548 *prima,* v. 884 *primi,* v. 495 *unus,* vss. 557 et 669 *una,* v. 334 *unam,* v. 320 *solus* et v. 367

1) Cf. Nordenum l. l. p. 391 sq.

Digitized by Google

soli, v. 429 *duobus,* v. 307 *ambo* et v. 622 *ambas,* v. 328 *ternas,* v. 290 *quino;*

4. in praepositionem:

vss. 10,[1]) 405,[1]) 795[2]) *circum,* vss. 298[2]) et 843[2]) *iuxta,* vss. 448[2]) et 462[2]) *inter,* v. 771[2]) *contra;*

5. in *esse:*

exeunt versus 275, 383, 437, 549, 813, 925.

Venio denique ad particularum inversionem:[3])

nam postponitur in septem versibus altero sententiae loco vss. 122, 634, 703, 871, 920, 998, 1007; tertio autem loco in versibus 43, 149 = 7 + 2;

namque invenitur altero sententiae loco in versibus 262 et 497, quinto in versu 436;

sed legitur altero sententiae loco in novem versibus 11, 84, 106, 394, 425, 641, 670, 701, 872, bis tertio loco vss. 562 et 901, semel quarto loco v. 372 = 9 + 2 + 1 = 12;

nec altero sententiae loco in versibus 720 et 728 legitur;

et postponitur secundo sententiae loco in undecim versibus 44, 70, 98, 261, 323, 769, 816, 837, 853, 876, 927;

at postponitur in versibus 105, 258, 263, 400, 405, 502, semel tertio sententiae loco v. 953, semel quarto loco v. 229;

atque altero sententiae loco occurrit in versibus 521, 546, 915.

Ad versus exornandos spectat etiam ratio rhythmorum eligendorum, de qua nunc mihi liceat loqui, priusquam ad alterum huius quaestiunculae caput transeam.

---

[1]) per tmesin.

[2]) per inversionem.

[3]) Cf. Nordenum l. l. pg. 393.

Digitized by Google

Mere dactylicos numeros[1]) praebent versus Periegeseos 10, 51, 97, 111, 432, 463, 482, 483, 525, 555, 580, 607, 659, 661, 841, 857, 912, e quibus 607 et 912 ut cursum aquarum significaret, poetam formasse puto = 17 ies;

mere spondiacos versus excepto pede quinto habemus in Periegeseos versibus: 25, 87, 128, 145, 148, 152, 166, 167, 195, 197, 213, 224, 225, 248, 253, 264, 274, 285, 289, 316, 323, 327, 330, 337, 344, 396, 408, 409, 446, 469, 470, 517, 540, 541, 549, 571, 574, 609, 644, 667, 680, 681, 704, 706, 714, 721, 724, 737, 739, 751, 787, 795, 809, 862, 911, 1069, 1073, 1080 = 58ies.

Iam eos versus spectemus in quibus primus pes voce spondiaca formatur.[2]) Nordenus hoc initium non usitatum fuisse dicit in hexametro artificiose facto, quia tali initio rhythmus retardatur.

Huius formae exempla, in quibus non trithemimeres sed penthemimeres exstat, inveniuntur in versibus: 85, 95, 144, 148, 169, 213, 225, 360, 420, 443, 455, 549, 612, 658, 728, 756, 788, 802, 821, 729, 939, 970, 1053 = 23ies (versus 443, 549, 756, 939 nomen proprium in primo pede exhibent); caesura autem trithemimeres exstat in versibus: 71, 141, 150, 152, 175, 248, 348, 350, 447, 517, 535, 650, 696, 699, 763, 942, 949, 967, 981 = 19ies (in versibus 175, 248, 350, 763, 942 nomen proprium stat), in summa 23 + 19 = 42ies.

[1]) Cf. Nordenum p. 411 sq. l. l.

[2]) Cf. Nordenum l. l. p. 425 sq.

Digitized by Google

Caput II.

A. De Prisciano et Panegyrici et Periegeseos auctore.

Nunc vertamus nos ad caput alterum, quo de Prisciano Panegyrici auctore agitur.

Ut iam supra dixi, Kochius in programmate gymnasii Francfordiensis anni 1892 *propter insignia discrimina rei metricae, rhetoricae, grammaticae, religionis* valde dubitat, num carmen de laude Anastasii imperatoris Prisciani sit, quamquam in unico codice, quo carmen integrum traditum est, Vindobonensi olim Bobiensi s. VIII—IX, titulus est:

Incipit praefatio Prisciani de laude Anastasii imperatoris et subscriptio:

Expliciunt laudes sapientissimi imperatoris Anastasii Isaurici et Parthici et Gothici victoris dictae a Prisciano Grammatico.[1])

In Periegesi Kochius titulum inscriptionemque genuinam habet; Panegyrici autem titulo subscriptionique nullum pretium tribuit; nonne hoc est parum sibi constare?

Contemplemur accuratius et Periegesin et Panegyricum.

Atque primum quidem vestigia disputationis Kochianae prementes animum attendamus ad rem metricam.

Laudat Kochius Panegyrici auctorem, quod cura in hexametris fingendis collocata Periegeseos poetam superet.

[1]) Cf. Endlicher, Prisciani carmina, Vindobonae 1828 praef. p. XV. Manitius, Mus. rhen. XLVIII 171.

Digitized by Google

Quod affert Theodorum Birtium secutus qui de Martialis versuum ratione in Friedlaenderi Martialis epigrammaton editione Lipsiae 1886, vol. I p. 41 ssq. disseruit, has sex caesurarum hexametri Latini formas usitatas:

I. *Do tibi naumachiam,* || *tu das epigrammata nobis*
II. *Denaris* || *tribus invitas* || *et mane togatam*
III. *Nam subito collapsa* | *ruit* || *cum mole sub illa*
IV. *Diripere excussosque* | *iubet laxare rudentis*
V. *Expectant* || *curaeque* | *catenatique labores*
VI. *Et graviora rependit* | *iniquis pensa quasillis,*

oblitus est Birtium Ovidii quem omnes summum rei metricae artificem habent, caesurarum formas attulisse. Priscianum autem praecipue Vergilium et rebus et formis metricis rhetoricisque imitatum esse vidimus.

Laudat Kochius Panegyrici auctorem, quod maxime operam dederit, ut sola caesurae forma semiquinaria, quam omnes viri docti, ut Luc. Mueller de re metrica p. 182, W. Christ: ‚Metrik der Griechen und Roemer' p. 187, Gleditsch: ‚Metrik der Griechen und Roemer' p. 837 simplicissimam pulcherrimamque putant, uteretur.

Tres versus

121 *Et reges iterum infandum se reddere nobis*
268 *Templa novans renovansque deo fulgentia semper*
278 *Quantus adest pro te ostendens discrimine magno*

e Panegyrico profert, qui ex ipsius sententia formam semiquinariam neglegere videntur. Summo studio hos versus ad primam Birtii formam reducere conatur; qua in re remedia non probanda adhibet. Nam censet partes nominis compositi non tantopere coalescere, ut caesura inter eas intercedere non possit; qua libertate in versibus 121 et 278 poetam usum esse. Quae non erant necessaria in versibus 121 et 278, nam in his caesura semiquinaria cernitur, sed elisione lenissima voculae *que* obscurata; non erat necesse praepositionem a verbo quocum con-

Digitized by Google

iuncta erat seiungere. Quasnam caesuras acciperemus, si quodvis compositum dilaceraremus? Nonne plane caesurarum constituendarum rationem permutare deberemus?[1])

Profert ad rem probandam Kiesslingii ‚Die horazische Satire' p. XXVs. verba, sed haec quibus Horatium metri necessitate coactum ad hoc remedium confugisse demonstrat, eum non commoverunt. Sin in versu 268 caesuram semiquinariam vocula *que* seiuncta statuere vult, hanc vocum disiunctionem etiam in Periegesi admittere debuit. Sed fieri non potest ut tali modo voces cohaerentes seiungantur. Nam etiam *cumque*, quod iam ex antiquissimis temporibus cohaeret, disiungendum esset.

Ego quidem in versu 268 caesuras trithemimerem et κατὰ τρίτον τροχαῖον et hepthemimerem accipio ut caesurarum formam apud optimos poetas usitatissimam.[2])

Enumerat Kochius p. 5 Periegeseos versus qui secundum formam III. compositi sunt. Ut in versu 1022

Purpureo ‖ *que amethystos* | *inest* ‖ *suffusa colore*

[1]) Cf. Nordenum l. l. p. 415s. adnot. 2 et p. 417 adnot. 1: *aber es ist bedenklich mit Sandfort l. c. The quasi caesura in Vergil, Hermathena XXVI, p. 110 sqq. (1900) von diesem Mittel Gebrauch zu machen; denn 1) wohin soll das führen, wenn wir z. B. bei ‚indulgere inferiora' und ‚ingens' das Praefix als selbständig abtrennen wollten?*

[2]) Cf. W. Meyerum, Zur Geschichte des Griechisch-latein. Hexameters, Sitzungsberichte der bayrischen Akademie 1884, p. 1045, qui dicit: *‚Es ist unbestreitbar, daß diese Enclitika mit dem Worte, an das sie gehaengt wird, in vielen tausend von Faellen verschmilzt und mit demselben als ein Wort behandelt wird. Wie viele Verse waeren sonst falsch, in denen z. B. die 5. Hebung (cf. tactumque vereri) Wortschluß bilden würde. Allein wie in seltenen Faellen diese Enclitika lang gebildet wird, so bei einigen Dichtern auch als selbstaendiges Wort'.* Falsa haec postrema verba Nordenus l. l. p. 418 adn. 1 vocat contra L. Muellerum de re metrica[2] p. 464. Meyerus pergit: *‚Im klassischen Hexameter ist es Gesetz, daß die weibliche Caesur im 3. Fuß mit zwei maennlichen Caesuren im 2. und 4. Fuß verbunden sein muß'.* Cum in versu 268 huic optimorum poetarum latinorum hexametri legi bene satisfiat, cur aliam caesurarum distributionem statuamus? Meyer quoque p. 1067 caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον hoc in versu posuit.

Digitized by Google

hanc formam assequatur, denuo particulam *que* a voce quacum coaluit, dirimit, id quod iam in versibus antecedentibus improbandum dixi. Hanc Kochii in versu 1022 disiunctionem etiam in Panegyrici versibus 48, 64, 95, 106, 113, 128, 134, 141, 154, 177, 182, 203, 210, 233, 234, 260, 304, 311 adhibere deberemus; id est in 5, 76 versibus inter centenos, in Periegesi in 4, 61 versibus inter centenos; e quibus praecipue v. 1081 nominandum censeo, nam in eo particula *que* a *quacumque* seiungenda esset.

Tertiae formae hexametros in Periegesi habemus 24, quorum sex sine *que* in caesura muliebri, 17 cum particula *que* et in his 7 quidem in quibus *que* cum nomine proprio cohaeret.

Cur autem non probemus apud Priscianum hanc tertiam hexametri formam, quam usitatissimam fuisse apud optimum quemque poetam Latinum scimus?

Praeterea caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον praebent versus 294, 518, 525, 578, 727, 939, 1022; versus 518, 525, 578, 727 caesuram trithemimerem et caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον et bucolicam exhibent, vss. 294, 1022 caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον et hepthemimerem; v. 294 etiam caesuram bucolicam praebet. Solam caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον in v. 939 invenimus. Excusantur plurimi hac re quod nomina propria continent, quae propter formam vel iambicam vel trochaicam non, ut debebant, in dactylicos numeros inseri poterant. Qua re etiam explicatur, quod Priscianus nonullis locis nomina propria quae omnino non conveniebant mutavit, ut ipse in Periegesi v. 610sq. dicit: *ast aliae diversis partibus orbis dispersae. Quarum non facile est mihi promere nomina versu.* Has postremas caesurarum formas etiam Birtius in ‚Claudiano' p. CCXIII constituit, quibus Claudianus ad augendam varietatem utatur. Meyer vero p. 1050 et 1066

Digitized by Google

Priscianum vituperat, quod hexametros omni caesurarum varietate carentes finxerit.[1])

Quod Kochius dicit particulam *que* separatim adhibitam esse a poetis, ut caesuram semiquinariam assequerentur, ego quidem e contrario contendo poetam hanc particulam multis locis e consilio quaesivisse, ut hanc caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον adipisceretur. Nam in compluribus versibus 530, 556 hac particula non opus erat. Si *que* separatim legeretur et enclisis eius neglegeretur, ubique hexameter longe aliter divisus evaderet.

Pergit Kochius enumerare discrepantias metricas quas in Periegesi invenit; affert versus 78, 356, 408, 947, in quibus trithemimerem cum insequenti hepthemimeri reperit.[2])

Non improbandi sunt hi versus, nam omnes versu 947 excepto ante tertium pedem diaeresin praebent, ut optimorum Romanorum poetarum temporibus fieri solebat; in versu 947 post secundum pedem longum appellativum Graecum exstat, in quo caesura fieri non poterat.[3])

Sequitur quaestio de versibus 254, 412, 758, in quibus sola hepthemimeri inciditur;[4]) versus 758 diaeresin ante tertium pedem habet. Omnes tres versus ante caesuram hepthemimerem Graecum nomen proprium exhibent, qua re poeta Graeca versuum faciendorum arte utitur, e qua non est necesse hepthemimerem cum caesuris adiutricibus coniunctam esse. Poetam autem in carmine graeco latine vertendo arte graecanica facile uti potuisse quisque concedet.

---

[1]) Cf. Nordenum l. l. p. 421.

[2]) Separatim ab his versum 893 adnotavit, at easdem caesuras praebet atque reliqui.

[3]) Cf. Nordenum l. l. p. 419c. et W. Meyer l. l. p. 1048, 3 et 1051, III.

[4]) Cf. Nordenum l. l. p. 419s. et 417.

Digitized by Google

Periegeseos versum 412 Kochius improbat, quod poeta praepositionem *sub*, quamquam non cum voce insequenti coaluit, a verbo *scopulos* dirimit; qua in re oblitus est se ipsum praepositionem in voce *ostendens* Panegyrici versus 268 segregasse.

His rebus allatis profero tabulam qua omnes caesurae et Panegyrici et Periegeseos enumerantur et qua demonstratur, quot caesurae uniuscuiusque speciminis in centenis versibus inveniantur:

Panegyricus:	Periegesis:
Penthemimeres + caesura bucolica = 55 + 2[1]) = 57 = 18,27 inter centenos versus	Penthemimeres + caesura bucolica = 132 = 12,14 inter centenos versus
Trithemimeres + Penthemimeres + caesura κατὰ τέταρτον τροχαῖον = 7 + 1 (c. bucol.) = 8 = 2,57	Trithemimeres et Penthemimeres et κατὰ τέταρτον τροχαῖον = 26 + 4 (buc.) = 30 = 2,76 inter cent.

His adnumera et 3 versus sine caesura bucolica et 2 versus cum caesura post quintam arsin.

Penthemimeres + Hepthemimeres = 27 = 8,65 : 100	Penthemimeres + Hepthemimeres = 98 = 9,01 : 100
Penthemimeres + Hepthemimeres + c. bucolica = 13 = 4,17 : 100	Penthemimeres + Hepthemimeres + c. bucolica = 64 = 5,88 : 100
Trithemimeres + Penthemimeres + Hepthemimeres = 77 = 24,68 inter centenos	Trithemimeres + Penthemimeres + Hepthemimeres = 217 = 19,96 inter centenos
Trithemimeres + Penthemimeres + Hepthemimeres + c. bucolica = 20 = 6,41 : 100	Trithemimeres + Penthemimeres + Hepthemimeres + c. bucolica = 132 = 12,14 : 100

[1]) Elisione obscuratae.

Digitized by Google

Caesura κατὰ τέταρτον τροχαῖον = 14 = 4,49 inter centenos	Caesura κατὰ τέταρτον τροχαῖον = 45 = 4,14 : 100
v. 268 Trithemimeres + κατὰ τρίτον τροχαῖον + Hepthemimeres = 1	Trithemimeres + κατὰ τρίτον τροχαῖον + Hepthemimeres = 23 = 2,11 : 100.

Tum his addo caesuras has in Perigesi: trithemimerem + κατὰ τρίτον τροχαῖον in versibus 4 (518, 525, 578, 727), κατὰ τρίτον τροχαῖον + hepthemimerem in vss. 2 (294 + bucol. caes. + 1022), solam caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον in versu uno = 1 (v. 939), trithemimerem + hepthemimerem = 5; hepthemimerem solam in versibus 3.

Iam si quis numeros qui rationem centenorum versuum reddunt, attentiore oculo perlustraverit, non multum ambo carmina inter se distare intelleget, nam uno loco excepto in quo proportionem 6,41 : 100 = 12,14 : 100 invenimus, omnia caesurarum specimina aequaliter fere distributa sunt.

Versus autem Periegeseos, qui a Panegyrico discrepant, e Periegeseos natura et indole explicari possunt. Periegesis paraphrasis est et poeta in vertendo carmine artem metricam graecanicam adhibuit; et saepe de nominibus propriis agitur quae suas habere excusationes supra dixi.

Pagina 7 Kochius vituperat Priscianum, quod non cum Panegyrici auctore ante ultimam arsin non alia monosyllaba nisi praepositiones admisit, sed etiam coniunctiones illo loco collocat. Enumerat primum coniunctiones copulativas in versibus 2 *et undae,* 71 *et artes,* 204 *et umbris,* 205 *et igni,* 323 *et altus,* 335 *et alta,* 432 *et ora,* 551 *et altae,* 569 *et auras,* 734 *et oris,* 905 *et inde,* 913 *et exit,* 971 *et arcu,* 990 *et auget,* 1065 *nec ignis* (omisit afferre v. 635 *et illuc,* v. 836 *et austros,* v. 952 *et austrum*). Ubique metri causa poeta coniunctiones *et* et *nec* adhibuit;

Digitized by Google

sequens vox omnibus locis ita a vocali incipit, ut *que* et *neque* scribere non potuerit.

Coniunctionem adversativam praebet in versu 535 *sed ortus* vertens Dionysii verba v. 508 δ'εἰς αὐγάς; itaque a Dionysio adductus est ut vocem *sed* adhiberet. Idem dicendum est de exemplis a Kochio allatis quae sunt:
v. 263 *at illa,* v. 400 *at altum,* v. 953 *at illa,*
v. 263 *Haec notias spectat partes, aquilonis at illa,*
quem conferas cum Dionysii versu 275 ἡ μὲν πρὸς βορέην, ἡ δ'εἰς νότον. In versu 953 poeta se ipsum exscripsit versum 263 imitatus.
V. 400 *eurus at altum* | *Aegaeum*
conferas cum Dionysii versu 403 Αἰγαίῃ δ'εὖρον.[1])

Kochius ipse concedit in utroque carmine praevalere versus ad has normas formatos:

Accipe Romanum clementi pectore | *carmen*

et

Prospera quae bellis pariter vel pace | *tulisti.*

Auctor Panegyrici in fine versus non adhibuit verbum tetrasyllabum, sed semel pentasyllabum v. 80 *Bellerophontem.* Kochius ipse se eum versum excusare dicit, quod nomen proprium contineat. Eandem excusationem in exemplis reliquis Periegeseos quibus nomen proprium exstat, valere debere quis est qui neget?

Verba quattuor syllabarum concludunt versus:

15 *Asiamque*
234 *opulenti*
vss. 302 et 311 *Agathyrsi*
339 *Apenninus*
412 *Erymanthi*
445 *Aracynthi*
464 *Baleares*
546 *Corybantum*
596 *elephantes* et v. 1028 *elephantos*

[1]) Cf. Vergilium Aen. I, 3 et 126 *et alto,* 104 *et undis,* 130 *et irae,* 190 *et omnem,* 351 *et aegram,* 359 *et auri,* 545 *et armis,* 689 *et alas,* 729 *et omnes,* 743 *et ignes*; in primo Aeneidis libro undecim exempla inveni.

Digitized by Google

743 *Tibarenum*
889 *Cletabeni*
927 *Matieni*
1003 *Arachotas*
1005 *Arienos*
1019 *adamanta*
1045 *Acesinem;*

verba quinque syllabarum finiunt versus:

192 *Lotophagorum*
314 *Pannoniique*
338 *Ausonidarum*
455 *Thermopylarum*
475 *Aeolidarum*
514 *Aegialeae*
661 *Sauromatorum*
662 *Cimmeriique*
670 *Tyndaridarum*
866 *Arrabiamque*
942 *Atropateni.*

In versibus 314, 662, 866 exstant verba quattuor syllabarum coniuncta cum voce *que*, in versu 15 nomen prop. trium syllabarum auctum vocula *que*.

Falsa sunt quae de versibus 798 et 977 Kochius profert; nam in v. 798 *Caystri* non exstat nomen prop. tetrasyllabum; item in v. 977 *cylindris* non quattuor syllabarum vocem habemus, sed appellativum trisyllabum graecum.

Licet autem in versus fine cum nomina propria tetrasyllaba tum appellativa e Graeco derivata ponere.[1])

Versus 596 et 1028 excusamus, nam apud Vergilium Aen. III, 464 et VI, 895 vocem *elephanto* in versus fine invenimus. In versu 302 *pictique Agathyrsi* e Vergilio Aen. IV, 146 mutuatus est. Apud Vergilium quoque Aen. V, 448 *Erymantho* legimus in versus fine, quod nomen prop. in Periegeseos v. 412 in fine exstat. In vocem *opulentae* exit versus Ennianus Ann. 151.[2]) Praeterea non est neglegendum duritatem in versu 234 voce *opulenti* factam synaloepha cum voce praecedente *pariterque* leniri, qua re non laeditur accentus Latinus; nam desunt linguae Latinae

[1]) Cf. Zingerle, Zu spätlateinischen Dichtern I, p. 86; W. Meyer l. l. p. 1036; Norden l. l. p. 427 ss.; Lehrs, ‚Horatius', Lipsiae 1869, p. CLII sq.

[2]) Cf. Vahlen, ‚Ennius' Lipsiae 1903 p. 26.

Digitized by Google

plurium syllabarum voces, quae natura in ultima syllaba accentum habent.[1]) Synaloephe cum voce praecedenti nobis occurrit etiam in

vss. 445 *rupe Aracynthi*	1005 *rupe Arienos*
596 *magna elephantes*	1019 *nitidumque adamanta*
1003 *linique Arachotas*	1028 *more elephantos.*

Sin unum talem versum in Periegesi invenimus, non item in Panegyrico, non statim hunc alteri poetae tribuere debemus.

Tum excusantur primum versus: 192, 338, 339, 412, 455, 464, 661, 662, 866, 889, 942, 1019, in quibus ultimam versus vocem antecedit dactylus;[2]) deinde versus 15 et 927, in quibus ultimum vocabulum vox graecanica antecedit.[3]) Recte finxit Priscianus versum spondiacum 339, in quo quartus pes dactylus est, dipodia autem versum finiens vocabulo tetrasyllabo perficitur.[4])

Inusitatam formam dipodiae versum concludentis Kochius dicit eam in qua sextus pes e duobus monosyllabis constat:

970 *Prima parte Sabae mediusque Pasargada post || hunc.*

Voces *post hunc* in unam quasi coaluisse censendae sunt, ut *in te, per te, ex quo.*[5])

Non minus excusantur versus, in quibus thesis paenultima e vocabulo pyrrhichico constat:

v. 157 *Cimmerium torrens per Bosphoron; hic | ubi | Taurum,*

v. 526 *Ad radios vergit sed Carpathus. hunc | prope | Crete;*

nam vocem pyrrhichicam antecedit monosyllabum.[6])

---

[1]) Lehrs l. l. p. CLII.

[2]) Ganzenmüller, ‚Beiträge zur Ciris', Jahrbücher f. klass. Philologie 1894 p. 627.

[3]) Lehrs l. l. p. CLIII.

[4]) Birt, Martialis ed. Friedlaender p. 40.

[5]) Birt l. l. p. 39 et in Claudiani ed. p. CCXII; Norden l. l. p. 438.

[6]) Cf. Birt, ‚Martialis' p. 39 et ‚Claudianus' p. CCXII.

Digitized by Google

Deinde Panegyrici auctorem elegantiorem esse Kochius praedicat, quod nullum exemplum praebeat, in quo iuxta caesuram κατὰ τέταρτον τροχαῖον etiam caesura κατὰ πέμπτον τροχαῖον occurrat, ut quinta arsis intra vocabulum amphibrachicum sit. E Periegesi talia ‚vitia' affert:

189 *Accessusque furit siccisque* | *recessus* | *harenis,*
463 *A Tyriis colitur, Cotinussa* | *vocata* | *vetustis,*
589 *Ad Tylen venies, quae nocte* | *dieque* | *relucet.*

Omisit afferre versus 227, 420, 483, 718, 750. Sed Nordenus l. l. p. 418 Vergilium has caesuras e consilio adhibuisse dicit, ut numeros aut celeres aut leves assequeretur; cf. Aen. VI, 474; I, 749.

Iam videamus quantum in synaloephis intersit inter Periegesin et Panegyricum.

Synaloephas Panegyrici reddit tabula p. 91.

Perscrutemur nunc vocales vel syllabas, quae eliduntur; syllaba *um* abicitur vss. 46, 121, 185, 305, id est quater; *ĕ* bis eliditur vss. 108, 153, *ē* semel v. 278; *i* bis in versibus 74, 126; *ā* v. 60; *ă* bis in vss. 186, 283; contrahuntur v. 74 *i* + *o*, *i* + *ae* v. 126; *ā* + *u* v. 60, v. 186 *a* + *o*, v. 283 *a* + *e;* v. 121 *um* + *in*, vss. 185 et 302 *um* + *ĕt*, v. 46 *um* + *huius;* v. 108 *Atque hostis*, v. 153 *atque auri*, v. 278 *te ostendens.*

Synaloephae Periegeseos in tabula p. 92 et 93 notatae sunt.

Delentur vocales:

a: vss. 103 (*a* + *u*), 296 (*a* + *a*), 330 (*a* + *est*), 455 (*a* + *ō*), 596 (*a* + *ĕ*), 781 (*a* + *ă*), 944 (*a* + *huic*);
e: vss. 6, 17, 30, 32, 46, 52, 70, 77, 140, 163, 182, 234, 262, 302, 323, 372, 384, 445, 497, 521, 525, 528, 613, 674, 697, 700, 711, 721, 727, 737, 768, 801, 839, 842,

Digitized by Google

a. in Panegyrico:

1 1 2 3 4	2. 5 6 7 8	3. 9 10 11 12	4. 13 14 15 16	5. 17 18 19 20	6. 21 22 23 24
v. 108 3 4 *Atque hostes*	v. 60 – – / 5 6 *Vindicta ut* v. 46 7 8 *Antoninum huius* v. 126 5 6 *Et victi aetherio*	v. 121 9 10 *iterum infandum* v. 278 9 10 *pro te ostendens*	v. 74 – –	– ⏑ ⏑	– ⏑ – 15 16 – ⏑ ⏑ *vementi obsistere* v. 153 –	13 14 *atque auri* v. 185 – ‖ – – 15 16 *undarum et* v. 283 – ‖ – – 15 16 – ⏑ – – *divina e canibus* v. 302 15 16 *tantorum et causa bonorum*	186 17 18 *clusa ostia velis*	

Digitized by Google

1.	2.	3.	4.	5.	6.
1 2 3 4	5 6 7 8	9 10 || 11 12	13 14 15 16	17 18 19 20	21 22 23 24
	v. 16 *Lĭbyam Europae*	v. 6 *cănere atque urbes*	v. 46 *ātque Indum*	v. 17 *ātque ostia*	v. 24 *austrum est*
	v. 17 *Linea quam obliquant*		v. 103 *mărĭa undique*	v. 30 *ātque aequora*	
	v. 18 *Qua boreae excurrĭt*		v. 163 *tenuisque a Tethyos*	v. 70 *suppŏstasque urbibus*	
	v. 32 *Europae atque Asĭae*		v. 199 *Aegypti ad*	v. 234 *părĭterque opŭlenti*	
	v. 52 *Hinc ātque inde*		v. 260 *Lĭbyae est*	v. 296 *pectora Alāni*	
	v. 77 *Hinc ātque hinc* cf. v. 140 *Hinc atque hinc*		v. 384 *sĭmŭl namque hic*	v. 302 *pictique Agăthyrsi*	v. 425 *ortum est*
v. 182 *Namque errant*	v. 120 *Sĭdŏnĭum est*	v. 143 *Europae hunc*	v. 416 *tacto accensus ăb*	v. 445 *rupe Aracynthi*	
v. 323 *Atque Hellespŏnti*	v. 262 *Linea namque Asĭa*	v. 395 *dextra cum extinctam*	v. 455 *calĭda ostia*	v. 521 *atque aspera tellus*	
v. 330 *Prima est*	v. 298 *Augustum et*	v. 613 *făcĭle est mihi*	v. 497 *namque illum*	v. 596 *magna elephantes*	

Digitized by Google

v. 372
Usque Hyrii

v. 419
Iuxta est

v. 528
Ante ortus

v. 700
Atque aurum

v. 768
Atque Hellespontum

v. 781
Altera ad

v. 801
Usque ad

v. 839
Atque humilem

v. 842
Namque alii

v. 851
Atque oculis

v. 958
Atque optata

v. 1020
Atque aura

v. 500
Tibia quem extollit

v. 524
Sed multae Amnisi

v. 525
Aegylaque inde

v. 577
Ast aliae occani

v. 906
Ad solem inflexus

v. 944
Medea huic

v. 1022
Purpureoque amethystos

v. 727
Frumique et plurima

v. 1053
porrigitur quae ad

v. 542
flectenti aquilonis

v. 615
positarum in imagine

v. 672
collem et Caspia

v. 711
sequiturque Hyrcania

v. 737
usque ad Chalcedonis

v. 852
quoque Elaida

v. 853
Beryti et moenia

v. 863
pecorique et commoda

v. 886
atque Agrees

v. 937
Asinae ad moenia

v. 1043
discreti et finibus

v. 674
atque aequora

v. 697
Hyrcanique ostia

v. 721
cum sanguine equino

v. 1003
linique Arachotas

v. 1005
rupe Arienos

v. 1019
nitidumque adamanta

v. 1028
more elephantes

Digitized by Google

851, 852, 863, 886, 958, 1003, 1005, 1019, 1020, 1022, 1028 = 45ies,

e quibus Kochius neglexit versus 6, 52, 700, 852;

ae: vss. 18 (*ae* + *ē*), 32 (*ae* + *ā*), 143 (*ae* + *hunc*), 260 (*ae* + *est*), 524 (*ae* + *ā*), 541 (*ae* + *ă*), 542 (*ae* + *Europae*), 577 (*ae* + *ō*), 937 (*ae* + *ā*), 1053 (*ae* + *ā*); omisit vss. 524, 577, 260 Kochius;

i: vss. 199, 592 (*i* + *a*), 853, 1043 (*i* + *e*);

o: in versu 416 (*ō* + *ā*);

am: vss. 16, 17, 102;

em: vss. 500, 672, 906;

um: vss. 120, 298, 395, 615.

Eliditur a primo usque ad quintum pedem; nam aphaereses versuum 24 et 425 in pede sexto non pertinent ad elisionem, cum illud *est* iungatur cum *m* praecedente;[1]) invenimus elisiones in moris 3—4, 5—6, 7, 9—10, 11—12, 13—14, 15, 15—16, 17—18, 18—19, 19, 20.

Ex hac elisionum utriusque carminis ratione intellegimus non tantopere distare inter se carmina in moris, in quibus elisiones admittuntur; in Periegesi non invenimus elisionem inter moras 7—8, in Panegyrico desideramus elisiones inter moras 11—12 et 18—19. Attamen negari non potest in Periegesi gravissimas elisiones inveniri, quae Panegyrico desunt praecipue in diphthongo *ae*. Omnibus autem locis supra allatis diphthongum *ae* vocalis longa sequitur.[2]) Hiatus versus 576 ex-

[1]) L. Mueller, Summarium rei metricae p. 71.

[2]) Cf. Leo, Plautin. Forschungen, Berlin 1895 p. 329: *Catull ist der erste, der das ae des Genet. und Nominat. nicht in zahlreichen aber sicheren Faellen und wie es scheint unbedenklich in Synaloephe setzt. Pilyssae harinae; Asiae Europaeque; vitae heu, heu; boreae aut apeliotae; multae optavere puellae;* p. 339: Somit ist das auslautende ae endlich auf die Stufe anderer langer Vokale gelangt. . . .

Digitized by Google

cusatur ea re quod dipthongum *ae* quem non elidi oportet etiam *h* sequitur.[1])

Iam alia Kochii ‚vitia' proferamus; ego in Periegesi tantum 79 elisiones, non 83 inveni, id est inter centenos versus 7, 28 in Periegesi, inter totidem Panegyrici versus 3, 84; maior elisionum Periegeseos numerus excusatur ea re quod haec metaphraseos instar est, multisque locis auctor accuratissima Graeci carminis versione eaque re quod fere vocabulorum collocationem quam in Dionysii Periegesi invenit sequitur. Conferas quaeso

17 *atque ostia* cum Dionysii versu 11 καὶ στόμα Νείλου
30 *atque aequora,* Dionys. v. 30 καὶ Εὐξείνοιο θαλάσσης
32 *Europae atque Asiae,* Dionys. v. 22 δ' Εὐρώπης Ἀσίης
46 *atque Indum,* Dion. v. 37 καὶ Ἰνδὸν,

12		Dion. v. 43	
77	*Hinc atque hinc*	77	ἔνθα καὶ ἔνθα
140		150	

234 *pariterque opulenti,* Dion. 247 καὶ ὄλβιοι
298 *angustum et longum,* Dion. 307 στεινὸν ὁμοῦ δολιχόν τε,
525 *Aegylaque inde Cythera,* D. 499 Αἴγυλά τ' ἠδὲ Κύθηρα
cf. vss. 542, 839, 831, 852, 853, 863, 886, 1003, 1020, 1022 (Dionys. vss. 515, 901, 902, 910, 911, 922, 956, 1096, 1120, 1122).

Continetur Periegesis enumeratione multorum nominum propriorum et fluviorum et montium et terrarum et marium, quae non semper sunt idonea quae in numeros dactylicos inserantur.[2])

Errat Kochius, cum in v. 395 syllabam *am* elisam esse dicit, immo vero est praepositio *cum.*[3])

[1]) Cf. Christ, ‚Metrik der Griechen und Römer' p. 39sq. Birt, Rhein. Mus. 54 p. 52.

[2]) Eskuche, ‚Die Elisionen am Schluß des latein. Hexameters', Rhein. Mus. 45 p. 242.

[3]) Versum 1053 bis enumerat; falso citat versus 119, 540, 1052, qui recte 199, 541, 1053 nominantur; cum p. 8 quaestiunculae suae

Digitized by Google

Iam quae de distinctionibus dixit paucis perstringamus. Ei concedendum est graviores in Panegyrico distinctiones inveniri in vss. 121 et 230; excusare vel delere conatur interpunctionem graviorem v. 230 post *largiri;* nam sequentia verba quae voce *quamvis* incipiunt, arte cohaerent cum antecedentibus

Sufficit haud animo cupienti commoda cunctis largiri.

Endlicherum et Baehrensium, qui post *largiri* semicolon ponunt, offendisse dicit, quod *quamvis* cum indicativo coniungatur. Raro, non ‚saepius', ut dicit Kochius *quamvis* cum indicativo coniungitur.[1])

Deinde in exemplis distinctionum enumerandis errat denuo, quoniam omisit versus 120, 597, 705, 899, 995, in quibus post penthemimerem aut potius in penthemimeri interpungitur; falso affert versum 191, in quo neque post penthemimerem neque in hac caesura, sed ante eam pungitur. Ex exemplis allatis excusantur vss. 286, 318, 739, 930, 1006, quibus non nimis gravis interpunctio ante sequens pronomen relativum cernitur.

Caesurae trithemimeris quindecim exempla Kochius affert, in quibus versus 34, 207, 401, 409, 712 nomina propria praebent, post quae pungitur. Omnino est tenendum fieri non potuisse, ut Periegeseos poeta continuas sententias quae totum versum vel plures explerent, propter nominum propriorum enumerationem formaret; ac ne hoc quidem praetermittendum est poetam Latinum e carmine Graeco pendere; conferas quaeso Latini carminis versum 13 *assimilis fundae* et Dionysii versum 8 σφενδόνῃ εἰοικυῖα et alia exempla plura.

de aphaeresi loquitur, omisit adnotare versum 330 ***Prima est;*** pagina 9 falso adnotat finem versus 234, qui in verba *pariterque opulenti* non in verba *pariterque Agathyrsi,* quae in v. 302 legimus, exit.

[1]) Cf. Draeger, Historische Syntax der lat. Sprache II, 771.

Digitized by Google

Kochius in enumeratione paulo supra allatorum versuum, quibus non solum in caesura sed etiam post primam vocem versus pungitur, omisit versus 401, 407, 409, quibus etiam post primam versus vocem distinguitur.

Deinde loquitur de versibus, in quibus ultimum antecedentis enuntiationis vocabulum simul primum insequentis versus est; affert exempla vss. 80, 353, 427, 516, 610, 673, 423, 507; neglexit versum 581 *Insula; perfulget;* v. 1060 *Insula. namque.*

Difficillimum est de interpunctione diiudicare, nam nondum habemus certas interpunctionis antiquorum regulas; conferas Wilamowitzi verba ‚Lesebuch' II, 2 p. 269.[1]) Speramus vero Nordenum de hac re regulas normasque propositurum esse.

Etiam inter singulos Periegeseos editores magnae interpunctionis discrepantiae exstant.

Contra Kochium Panegyrici auctorem laudantem quod semper in fine versus distinxerit, Nordenum profero l. l. p. 379 sq. de Ennio et Lucretio exponentem, quomodo graecanicam interpunctionis rationem, ut interpunctio non ad versus finem alligaretur, sed etiam intra versum admitteretur, imitati sint, et hanc graecanicam artem, quae a neotericis delebatur, ‚pulchram libertatem' ‚artificiosam praxin' vocantem et Vergilio laudi tribuentem quod hac ratione magis antiquiores quam neotericos poetas imitatus est.[2])

Nec minus facio cum Birtio qui in ‚Claudiano' p. CCXV de interpunctione in versus fine dicit: *Hoc denique elegantis-*

[1]) *Richtig werden wir erst interpungieren, wenn wir durch genaue und von Phantasmen freie Untersuchung des rednerischen Rhythmus die Puncte kennen gelernt haben, an denen die Stimme innehielt; das wollte die antike Interpunct on bezeichnen, und es ist das einzig verständige.*

[2]) Norden l. l. p. 379 *Doch steht er (Vergil), sehr zu seinem Vorteil, der archaischen Praxis näher als der neoterischen.*

Digitized by Google

sime vitatum, ne frequentius interpunctio incidat in ipsum finem hexametrorum complurium continuorum.

Neque vituperanda est licentia syllabas breves in arsi producendi; nam ut ipse Kochius concedit, hac in re Priscianus e Dionysio pendet in verbis *Arabia, Arabes, Arabi* Graecum Dionysii exemplum accuratissime secutus. Diplasiasmo voces non aptae quae versui heroico insererentur, huic versui accommodabantur.[1])

Ad versum 1031:

Ad radios solis et sacra mente retractant

transeamus, quem Kochius vituperat, quod in voce *solis* syllaba *is* producta sit; ipse autem commemorat Periegeseos editores pro voce *solis* scripsisse *oculis*, quam vocem optimis codicibus traditam reponendam censeo.

In versu 661:

Hi Tanain habitant fluvium prope Sauromatarum

syllabae finalis in voce *Tanain* productionem littera *h* effectam esse puto; nam apud poetas illius aetatis hanc litteram consonantis vim habuisse docent L. Muelleru de re metrica p. 321, W. Christ l. l. p. 14sq., Birt, Rh. Mus. 54, 40sq. et 201sq., Pauly-Wissowa IV, 1243, 26sq.

Iam transit Kochius ‚ad stilum grammaticamque comparanda'.

Maior particularum in Periegesi numerus ex huius carminis natura intellegitur; est enim paraphrasis.

Varietatis causa diversas particulas adhibuit, nam tot in carmine Graeco particulae ei occurrebant, ut non semper eadem ratione reddere posset.

---

[1]) Hultgren, ‚Technik der römischen Dichter im epischen und elegischen Versmaß' Jahrb. f. klass. Philol. 1873 p. 758. W. Christ, ‚Metrik' p. 25.

Digitized by Google

Casu effectum est, ut Panegyrici auctor particula *ast*[1]) non uteretur.

Nordenus ex Aeneidis libro VI ante *ille* 6, ante *alius* 5 exempla profert; in Periegesi *ast* invenimus decies ante *alius* in vss. 28, 33, 48, 568, 577, 610, 731, 968, 1016, 1029, semel ante *alter* in v. 63, bis ante *ambas* in vss. 264 et 338, semel ante praepositionem *inter* v. 190, sexies ante substantivum, et quidem v. 231 ante *ortus,* v. 583 ante *oleo,* aliis versibus 548, 614, 623, 629 ante nomen proprium *Asia* (ante nomen proprium libenter poetae *ast* ponere solebant); omnibus autem locis allatis ante vocalem ponitur.[2])

Iam satis Priscianum et formis et verbis Vergilii imitatorem esse monstravi; qua de causa etiam usus *ast* particulae explicatur. Apud Vergilium *ast* etiam ante substantivum occurrit, ut Nordenus l. l. demonstravit.

Omnibus locis Periegeseos auctor, quibus *sed* aut *tamen* posuit, ex auctore suo pendet eius voculas δέ, ἀλλά, μέν reddens Latinis *sed* et *tamen.*

Nunc de particularum inversione verba faciamus. Etiam in Panegyrico auctor ea usus est, etiamsi non in omnibus quibus in Periegesi.

In Panegyrico:

nam occurrit in altero sententiae loco vss. 8, 36, 61, 215 (*namque* semper in sententiae initio ponitur); *sed* invenitur tribus locis vss. 39, 178, 239 in altero sententiae

[1]) De particula conferas Nordenum l. l. p. 220 ad versum 316 docentem Vergilium hac particula tantum ante vocales sed persaepe modo ante *ille* aut *alius* usum esse. Cf. Leo ‚Seneca' I p. 214; Thesaur. linguae Latinae s. v. *ast*.

[2]) Iordanus, Kritische Beiträge zur Geschichte der lateinischen Sprache p. 297: *Die Dichter entlehnten ‚ast' dem Vergil, seitdem es Gemeingut der Dichtersprache wird. Der Gebrauch ist fest; ast bedeutet at, wird mit Vorliebe formelhaft mit ego, ille und ubi zu Anfang des Verses verbunden und selten vor Consonanten gebraucht*

Digitized by Google

loco, *nec* duobus locis vss. 53 et 84; *et* in altero sententiae loco invenitur octies versibus 105, 110, 132, 172, 185, 202, 225, 244.

In particularum sedibus enumerandis peccat Kochius de particula *ast*, quam in versu 42 tertio loco positam esse dicit; re autem vera altero enuntiationis loco posita est. Primo sententiae loco positam particulam *sed* in versibus 640, 690, altero in 641 afferre neglexit.

Tum in errorem incidit, cum *et* in Panegyrico octies et tricies, in Periegesi centies quater inveniri dixit; ego quidem in Panegyrico particulae *et* 39, in Periegesi 110 exempla inveni.

De particularum cumulatione post Kochii ipsius verba ‚Vergilium aliosque optimos auctores imitatus est' nihil habeo quod addam.

Certe ‚vitia' quae Kochius reprehendit Priscianus evitasset, si carmen non vertisset e Graeco, sed e solo suo ingenio finxisset; sed accurata Graeci carminis versione coactus est, ut multis locis metri causa coniunctiones cumularet, praesertim cum non semper Dionysii vocabula hexametrum Latinum explerent.

Ellipsin praetereo, nam in utroque carmine eam adhibitam esse patet.

Quod Kochius in versibus 10 *circum — clauditur*, 398 *sub — cincta*, 405 *circum — cingitur*, 713 *praeter — fluentem* anastrophen vocat, melius ‚tmesin' appellasset.[1]) Quod in Periegesis vss. 267, 463, 563, 594, 726, 766, 941 dativus pro *a* cum ablativo exstat, ‚non dubium est quin poetae legibus metricis astricti hanc constructionem libenter usurpaverint';[2]) nam *a* cum ablativo saepe abhorret a

[1]) Volkmann, Rhetorik der Griechen und Roemer, p. 373.

[2]) Tillmann, ‚De dativo verbis passivis linguae Latinae subiecto, qui vocatur Graecus', Acta semin. Erlang. II p. 103.

Digitized by Google

metro, qua re ad dativum confugiendum erat. In Panegyrico autem hoc remedio uti necesse non erat.

Accedamus ad sextam Kochii partem, qua de praepositione *sub* ‚contra solitum usum cum accusativo coniuncta, cum ablativum optemus' agitur. At nihil nisi duas constructiones a) *sub scopulis colunt* vel *habitant*, b) *scopulos habitant* vel *colunt*, poeta contaminavit dicens 235 *colunt sub moenia*, 412 *habitant sub scopulos*, 954 *sub colles imos habitant*. Neve neglegas poetam praepositione Latina *sub* reddere voluisse Graecam praepositionem ὑπὸ cum accusativo; compara v. 412 *sub scopulos* et Dionysii versum 415 ὑπὸ σκοπιὴν, v. 812 *zephyri sub partes degit Erembum* et Dionys.

v. 962sq. ὑπαὶ ῥιπὴν ζεφύροιο
λυπρὸν ὀρεσκῴων παραφαίνεται οὐδας Ἐρεμβῶν;

et v. 954 *sub colles habitant, post Caspia claustra*

Dionys. v. 1039 πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπιάων.

Tum v. 456 *sub iuga Parnassi* non a verbo *contingat* versus antecedentis 455, sed a voce *extenditur* versus 454 pendent.

Deinde dubitari potest num recte vss. 412 et 434 *sub scopulos* Baehrensius scripserit, nam nonnulli codices, quibuscum C. Muellerus facit, *sub scopulis* praebent. Sin *sub scopulos* recte traditum esse putamus, idque v. 434 *tangentes* probat, quod certe ad *scopulos* non ad *speluncae* referendum est, Priscianum pari ratione atque in versibus 412, 892, 954 praepositionem *sub*, qua vertitur Graeca vox ὑπό, cum accusativo coniunxisse contendo. Idem est dicendum de versu 235 *colunt sub moenia Thebes*.

In Panegyrico praepositio *sub* cum ablativo *corde sub imo* semel exstat v. 44, qua de causa de eius usu qualis in Panegyrico fuerit, nihil certi statuere possumus.

Multis locis *sub* pro *in* poni constat metri causa aut ad evitandam elisionem velut v. 601 *fatumque sub ore feroci*,

Digitized by Google

v. 669 *regione sub una*, v. 717 *vero sub Caspia litora*, v. 836 *supra sub solem vergit*, v. 908 *extrema sub parte*, v. 947 *oriente sub ipso*, v. 952 *qua via sub boream*, v. 991 *Asiae sub finibus* aut ad positionem efficiendam v. 152 *cingit sub parte sinistra;* praeterea praepositione *sub* utitur Periegesis auctor v. 158 *gelidis sub finibus* reddens Dionysii verba v. 168 ὑπὸ ψυχρῷ ποδί, v. 717 *sub Caspii litora* Dionysii vocabula v. 738 ἐφ' ὕδασι Κασπίοισιν, v. 966 *colunt sub partibus arcti* Graeci carminis verba v. 1066 οἱ μὲν ὑπ' ἄρκτους.

Pergens ad numeralia Kochius Periegeseos auctorem vituperat, quod pro cardinalibus distributiva adhibuerit. Hac quoque in re ex antiquioribus poetis pendet Priscianus[1]) secundum poetarum licentiam longioribus distributivis, quae melius metro conveniebant, usus.

Quod non solum pluralem sed etiam singularem cum distributivis coniungit, poetarum imitatione explicatur.[2]) Neque illud mihi probatur, quod dicit Kochius de accusativo vel ablativo nude positis etiamsi non de urbibus aut parvis insulis agatur, ubi ‚quo' vel ‚unde'? exspectatur. Cuius rei causa est poetarum imitatio; nam poetae saepius simplicem accusativum praeferebant ‚ubi quaeritur, quo?'[3]), cuius rei haec exempla protulisse satis erit: Verg. Aen. IV, 124 *Speluncam eandem deveniunt*, Verg. Aen. I, 2 *Lavinaque venit Litora*; Verg. Aen. XII, 516 *fratres Lycia missos.*

His vero exemplis Kochius non adnumerare debuit v. 374 *penetrans sinum* et v. 812 *penetrans oras.* nam his locis *penetrare* cum accusativo construitur significans: ‚etwas durchdringen'.

---

[1]) Neue-Wagener, ‚Lat. Formenlehre' II, § 16 p. 331.

[2]) Bednara, ‚De sermone dactylicorum Latinorum quaestiones', Archiv f. Lexicographie XIV, 599.

[3]) Draeger, l. l. I, p. 395 sq. et 496 sq.

Digitized by Google

Poetarum imitationem indicat etiam contraria res, qua pro ablativo instrumenti exstat ablativus cum praepositione v. 416 *tacto accensus ab igni*, ut Ovidius dixit Met. VIII, 514 *correptus ab igni arsit* et 515 *Meleagros absens ab illa flamma uritur*.[1])

Metri causa, nam aliter nomina geographica, velut v. 558 *Borysthenes*, v. 718 *Araxes*, v. 361 *Halex*, v. 797 *Maeander*, v. 906 *Babylon*, similiter v. 755 *iaspis*, v. 1008 *curallum* hexametro repugnarent, nominativum nominis proprii, ubi metro non convenit, poeta evitat et genetivum epexegeticum adhibet, cuius rei exempla occurrunt apud Vergilium Aen. I, 247 *urbem Patavi*, Aen. I, 244 *fontem Timavi*, sed etiam apud Ciceronem ep. ad Att. v. 18 *oppidum Antiochiae*.[2])

Deinde Kochius de accusativo limitationis vel Graeco loquitur qui exstat duobus locis 794 *capiaris pectora cantu*, v. 894 *nigrescunt corpora adusti*. Sed in his quoque Periegeseos auctor poetarum licentia utitur eadem qua Vergilius in Aeneide III, 545 *capita Phrygio velamur amictu*, et Horatius carm. I, 2, 31 *nube candentes umeros amictus Apollo*.

Formae breviores a poetis dactylicis libenter recipiebantur, ubi formae longiores a metro abhorrebant, ut *quis* pro *quibus* in versibus 269, 278. 741.

Neque illud longam desiderat disputationem, quod Kochius de *ut* scripto pro *quantum*, *quoad* dicit; nam *ut* ad praedicatum coërcendum adhibetur.[3])

Quod *ceu* in Panegyrico non invenitur, casu factum est.[4])

De *nimium* confer quae Handius Tursellin. vol. IV, p. 207 *significatio*, inquit, *adscendit per tres gradus*, *ut*

[1]) Draeger, l. l. I, 548. Thesaur. linguae Latinae t. I p. 25 sq.

[2]) Draeger, l. l. I, p. 466 sq.

[3]) Kühner, ‚Lateinische Grammatik' II, 2 p. 966 not. 2.

[4]) Kießling, Q. Horatius Flaccus, Oden und Epoden, Berlin 1901 Carm. IV, 4, 43 p. 366.

Digitized by Google

nimis et nimium dicatur primum pro ‚valde', multum = sehr.[1])

Gravissimum vero momentum theseos suae Kochius profert, quod Panegyrici poeta Christianum se esse profiteatur, auctor Periegeseos aliter de rebus divinis sensisse videatur.[2])

Deus, inquit Kochius p. 19, ubique praesens invocatur in versu 309 sq. Panegyrici:

Numen quod caelum, terram pontumque revisit.

At cum hoc fere congruunt Periegeseos verba versuum 1075 sq.:

Dispersas numerare tibi sine nomine magno,
Quod bene disposuit terras pontique profundum,
Sideribus variis decorans caelestia templa
Et multis recreans gratisque coloribus arva
Munera per populos tribuens diversa virorum.

Nonne haec quoque verba Christianum profitentur?

Deinde Kochius Prisciano opprobrio dat, quod nonnullis locis Periegeseos, ‚re vera gentilium ritus, orgia aliaeque superstitiones commemorantur'. At talia apud poetas Christianos priscae aetatis haud rara sunt.[3]) Non

[1]) Wölfflin, ‚Lateinische und romanische Komparation', Erlangen 1879 p. 24 sq. Foerster, Scriptt. physiogn. t. I Proll. CXLII.

[2]) Conferas quaeso quae de Prisciani religione dixerunt Wernsdorfius, Poetae latini minores V, p. 291 sq., 224 sq., 253 sq.; Manitius in Museo Rhenano vol. 49 p. 170 sq. et in libro, qui inscribitur: ‚Geschichte der christlich-lateinischen Poesie bis zur Mitte des 8. Jahrhunderts', Stuttgart 1891 p. 356 sq., C. Müller, Geographi Graeci minores vol. II p. XXX.

[3]) Cf. P. Wendland, ‚Christentum und Hellenismus in ihren literarischen Beziehungen' Neue Jahrbücher f. kl. Alt. 1902 p. 17: *‚Ein zweites Symptom der starken Abhaengigkeit der christlichen Litteratur von der profanen ist die Tatsache, daß manche christliche Autoren, besonders Dichter, sich ganz in der alten Tradition der profanen Literaturformen bewegen, den mythologischen Apparat mit der gleichen Naivetät wie die Humanisten übernehmen, ihr Christentum kaum oder nur gelegentlich verraten'* etc.

Digitized by Google

solum autem in Periegesi sed etiam in Panegyrico ethnicae res nobis occurrunt; videas quaeso versus 99 *robur Martis*, v. 126 sq. *aetherio poenas sensere Tonanti Reddere,*[1])

142 *Ac veluti Delphis Phoebus cum numine plena*
162 *Et quo sceptra loco dederat tibi rector Olympi*
177 *Placavitque Iovem Capitolia templa tenentem*
178 *Omnipotens sed te superum conspexit ab arce*
198 sq. *Iudicis ipse sedens index caelestis imago*
Per te respondes populis oracula sancta.

Quod Kochius in v. 387 pluralis formam *numina* non aptam dicit, qua poeta Christianus utatur, Priscianus hoc loco Dionysii verba

v. 393 Ἔνθα σφιν τέρας ἄλλο θεοὶ θέσαν secutus est. Accessit quod metro ad pluralem adducebatur.[2])

Sed etiam de verbis *Chaldaeo sanguine,* ex quo Phoenices orti esse dicuntur, contra Kochium facio cum Wernsdorfio, qui in adnotatione ad versus 846 sq. Priscianum originem Phoenicum, quibuscum Iudaeos miscere videtur, de industria ad Chaldaeos retulisse, a quibus ortus fuerat Abrahamus, dicit. Et nonne *arcanae leges* versus 847 significant leges duarum tabularum? De astronomia et astrologia cum Kochio cogitari nequit. Nam hae sunt artes, non *leges*. Et verbis v. 845

Quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos

nonne Iudaeorum per mare Rubrum transitus indicatur? Quod ‚sanctam terram' silentio praeterit, eo explicari potest, quod nusquam a Dionysio haec terra commemorata est.

Quod autem Kochius Periegeseos auctorem certam religionem profiteri negavit, ego eum Christianum fuisse contendo. Modo per temporum decursum cum Prisciano

[1]) Manitius l. l. 44 p. 546.
[2]) Cf. Bednara l. l. p. 559.

Digitized by Google

Lydo confusus est,[1]) qui Athenis fuit saeculo sexto philosophus neoplatonicus et philosophorum academia anno 529 ab Iustiniano clausa cum Simplicio, Diogene, Hermia, Isidoro, Eulalio collegis in Persiam ad Chosroem regem profectus est. Cuius quae exstat μετάφρασις τῶν Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως, eam Prisciano grammatico tribuerunt Trithemius[2]) in libro de scriptoribus ecclesiasticis c. 217 *Priscianus grammaticus patria Caesariensis vir in saecularibus litteris eruditissimus. Graeco et Latino peritus elogio apud Cosdram regem Persarum in pretio magno habitus* et Raphael Volaterranus in Commentar. urban. libr. XVIII, fol. 213 *Priscianus Caesariensis claruit Athenis tempore Iustiniani principis; scripsit de arte grammatica ad Iulianum consulem, Ad Cosroen vero Persarum regem librum de naturalibus quaestionibus. Convertit in latinum sermonem Dionysii de situ orbis carmina. Habeo auctorem, qui scribit hunc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse,* de quo errore vide quae dixit Wernsdorfius l. l. p. 224: *Fuerunt iam antiquis temporibus, qui falso proderent Priscianum ab initio religione Christiana imbutum post eiusdem desertorem evasisse. Error inde fuit, quod Priscianus libros suos Iuliano consuli et patricio misit, quem inepte pro Iuliano Apostata habentes non solum perperam crediderunt eum sub Iuliano imperatore flornisse, sed etiam quod ei libros suos dedicaverit, eius causa et exemplo a sacris Christianorum defecisse existimarunt.*

Grammaticus fuit aetate prior quam philosophus. Panegyricus fere anno 512 in lucem prodiit. Atque exstant codices institutionum grammaticarum ex recensione et cum subscriptione Flavii Theodori antiquarii, qui Priscianum doctorem suum vocat et libros eius ut calli-

[1]) Cf. Wernsdorf l. l. p. 221.

[2]) Kochii verba quibus de Hugone de Trimberg loquitur iam Manitius in museo Rhenano vol. 49 p. 107 ss. refellit.

Digitized by Google

graphus descripsit *Olybrio iuniore consule*, h. e. anno 526.[1]) Hos autem Prisciani libros[2]) demum post mortem eius aut paulo ante descriptos esse puto. Priscianus autem Lydus, cum anno 529 Athenis in Persiam emigrasset, primis annis quarti decennii rediit.[3])

Ab imperatore orthodoxo qui fuit Iustinianus ethnicum magistrum in aula Constantinopolitana stipendio publico constitutum esse plane est incredibile.

Cur autem Christianae religionis mentio in Periegesi facienda fuerit, id quod desiderat Kochius, me non intellegere confiteor.

Denique moneo utrumque carmen precibus aeque incipere atque concludi.

Ad demonstrandum autem utrumque carmen esse compositum ab uno viro non parvi momenti est, quod in utroque carmine et eorumdem poetarum imitationem et eandem artem rhetoricam invenimus.

2. De poetarum imitatione qua Panegyrici auctor usus est.

Vertamus nos ad poetarum imitationem ac primum quidem consideremus, quomodo Vergilium imitatus sit.

A. In Panegyrico versuum initia congruunt cum Vergilio

178 *Omnipotens sed te superum conspexit ab arce* — Aen. VII, 141 sq. *Hic pater omnipotens te caelo clarus ab alto Intonuit*

[1]) Teuffel, ‚Geschichte der römischen Literatur', p. 1243sq.

[2]) Confer Hertzium GL I praef. VIII: ‚subscriptione interpolata codicis cuiusdam Leidensis Prisciani kal. Octobr. Olybrio consule obisse narratur.'

[3]) Zeller, Philosophie der Griechen III[2], p. 843, 1 et 850sq. Hopf, ‚Geschichte Griechenlands im MA,' p. 88. Ranke, ‚Weltgeschichte' IV, 19sq.

Digitized by Google

	Aen. I, 60 *Sed pater omnipotens*
261 *Quem tibi coniungit*	Aen. VIII, 133 *Coniunxere tibi*

B. Panegyrici versuum exitus consentiunt cum Vergilio

3 — — — *pro pulchro lumine solis*	Aen. VII, 130 — — *primo laeti cum lumine solis*
Perieg. 42 — — — — *quod lumine solis*	Stat. VIII, 649 — — — — *lumine caeli*
	Claud. c. m. 53, 123. — — — *cum lumine caeli*
6 — — — — *cui debes omnia soli*	Aen. X, 443 sq. — — *soli mihi Pallas Debetur* — —
10 — — — *ex tanta stirpe creatos*	Aen. X, 543 — — *Vulcani stirpe creatus*
	Ovid. Met. I, 760 — — — — *sum caelesti stirpe creatus*
	Ovid. Met. XIV, 699 — — *humili de stirpe creatus*
21 — — — *monumenta doloris*	Aen. XII. 945 — — *monumenta doloris*
	Claud. c. m. XXXVI, 615 — — *monumenta doloris*
48 (Cf. v. 228 et 253) — — — *mente benigna*	Aen. I, 304 — — *mentemque benignam*
57 — — *sceleratam linquere gentem*	Aen. IX, 137 — — *sceleratam scindere gentem*
60 — — — — *lucemque relinquant*	Aen. X, 855 — — *lucemque relinquo*
82 sq. — — — — — *felicibus armis Sic domuit*	Aen. VII, 745 — — *felicibus armis*
	Luc. III, 338 et IV, 359 — — — — *felicibus armis*
	Claud. c. m. 30, 59 *Aut armis domuit*
88 — — — *praeruptis ardua saxis*	Georg. II, 156 — — *praeruptis ardua saxis*

Digitized by Google

	Aen. III, 271 --- *Neritos (sc. apparet) ardua saxis*
	Claud. XVII, 78 -- *praerupti turbine saxi*
146 ---*diversis partibus orbis*	Aen. XII, 521 --- *diversis partibus ignes*
Perieg. 98,540 et 610 *diversis partibus*	Ovid. Met. VI, 53 *consistunt diversis partibus ambae*
	Cf. Met. XII, 954
158 --- *lacrimisque coacto*	Aen. II, 196 ---*lacrimisque coactis*
213 - *placavit - numinis iras*	Georg. IV, 453 --- *exercent numinis irae*
Perieg. 365 -- *periit quae numinis iras*	Ovid Met. II, 659 ---- *quae numinis iram*
	Cf. Met. VI, 313; X, 239
	Sil. XVII, 325 --- *ac summi numinis iras*
221 --- *plausuque frementes*	Aen. VIII, 717 *Laetitia -- plausuque fremebant*
	Cf. Aen. VI, 175 --- *clamore fremebant*
	Aen. IX, 637 *Laetitia fremunt*
	Sil. XVI, 336 *Conclamant plausuque fremunt*
261 --- *bello quicunque lacessunt*	Aen. XI, 842 --- *lacessere bello*
290 ---- *mitissima corda*	Aen. V, 729 --- *fortissima corda*
297 ---- *stirpe parentum*	Aen. III, 94 ---- *a stirpe parentum.*

C. Alii versuum pedes cum Vergilio congruunt.

14 *Quos medio veniens steterat miratus Olympo*	Aen. VII, 218 *extremo veniens -- Olympo*

Digitized by Google

19 *Quod celso – – vertice*	Aen. V, 35 *– – ex celso miratus vertice montis*
37 *– – vexabant stipite duro*	Aen. VII, 524 *Stipitibus duris agitur*
72 *Sanguineis torquens ardentia lumina flammis*	Aen. VII, 448 *– – – – tum flammea torquens Lumina* Aen. II, 405 *– – tendens ardentia lumina frustra* Claud. r. Pros. III, 261 *– – – – – lumina torquens*
73 *– – – – prosternens arma virosque*	Aen. I, 1 *Arma virumque cano*
Perieg. 702 *– – – heu commovet arma virorum*	Aen. XI, 747 *Arma virumque ferens* Stat. Theb. VII, 798 *– – – – Arma virosque* Sil. IV, 11 *– – – – ciet arma virosque*
100 *– – – circumdata moenia vallo*	Aen. VI, 549 *Moen'a lata videt triplici circumdata muro* Luc. II, 450 *Moen'a – – circumdant undique vallo* Claud. VIII, 479 *– – – – inclusaque vallo;*
105 *Ignibus et rapidis armantur fulgura bello*	Aen. III, 540 *Bello armantur*
115 *Flumina torrebant fluvii*	Ecl. VII, 52 *– – – aut torrentia flumina ripas*
Perig. 523 *Flumine torrenti*	Ovid. Trist. V, 511 *– – – torrenti flumine mersus*
123 *At reliqui patrias sedes urbesque relinquunt*	Aen. XI, 793 *patrias remeabo inglorius urbes*
151 *– – – sedes fugere parentum*	Aen. II, 634 *– – – patriae perventum ad limina sedis*

Digitized by Google

	Ecl. I, 4 *Nos patriam fugimus*
	Luc. I, 490 *patria sedes* (Cf. I, 482, II, 574)
	Stat. Theb. IV, 76 – – –*patria de sede volentes*
125 *Moenia subvertunt*	Aen. V, 810sq. – – –, *cuperem cum vertere ab imo – – – moenia Troiae*
	Luc. III, 489sq. – – – *vertere ferre Moenia*
	Claud. r.Pros. II, 143 –*portas et moenia vellit*
	Claud. XXVIII, 270 – –*frangebat moenia conto*
149 *Nunc hominum generi laetissima saecula currunt*	Aen. I, 743 *Unde hominum genus*
	Ovid. Met. I, 203 *Humanum genus est* (Cf. Met. II, 289; X, 35
	Luc. II, 226 *Humani generis* (Cf. II, 377)
	Aen. I, 605sq. – – – *Quae te tam laeta tulerunt Saecula?*

Quem versum Priscianus e duobus Vergilii (Aen. I, 743 et 605) contaminavit.

160sq. – – – – – *dixere canentes Romano vestras vel Graio carmine laudes*	Georg. II, 176 *Ascraeumque cano Romana per oppida carmen*
	Luc. I, 66 – – – *vires Romana in carmina dandas*
172 *Obtulit et vinctos oculis domitosque tyrannos*	Aen. II, 589sq. – – – – *ante oculis tam clara videndam Obtulit*
	Claud. XVIII, 313 – – –*prostratosque tyrannos.*

Digitized by Google

181 *Cui deus omniparens* — Aen. VI, 595 *Terrae omniparentis.*

Versus exitum *pectore toto* apud omnes poetas Latinos invenimus.

222 *Et spoliis gaudentes nocte paratis* — Aen. X, 500 ---- *spolio gaudetque potitus*

Perieg. 956 *Vivere qui spoliis gaudent* — Stat. Theb. IX, 442 ---- *spoliis et sanguine gaudes*

Claud. r. Pros. III, 347 ***Exultat Cuci spoliis*** (Cf. Claud. c. m. 25, 71)

223sq. *Ipse vetas ludos, animarum damna nefandos*
Atque voluptates prohibes - - - — Georg. IV, 105 *Instabilis animos ludo prohibebis inani*

241 *Custodes, per quos Romana potentia crescat* — Aen. VIII, 99sq. ---- *Romana potentia caelo Aequavit*

Ovid. Trist. V, 2, 35 ---- *quo Romana potentia nixa est;* (Cf. Fast. II, 483)

Luc. VII, 281; Claud. V, 4

263 *Ut sol oceano tollens mergensque iugales* — Aen. XII, 114sq. *Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt Solis equi*

Claud. XIX, 69 - - *cupiant pelago se mergere venti*

Claud. XVIII 266 - *mergique fretis spumantibus*

268 *Templa novans renovansque*
299 *Qui Scythicas gentes ripis depellit ab Histri* — Aen. IV, 260 *Aeneam fundantem arces et tecta novantem*

Georg. III, 349sq. - - *Scythiae gentes Maeotiaque unda*

Digitized by Google

	Turbidus et torquens flaventis Hister arenas
Ad versum Panegyr. 299 cf. Perieg. vss. 154, 696, 731, 765, qui habent *Scythiae gentes* aut *Scythiae populi.*	Luc. I, 367 *Duc age per Scythiae populos* (Cf. Luc. III, 267)
Perieg. 154sq. *Quam Scythiae gentes circum dant* *Et matrem perhibent Maeotidis undam*	Luc. III, 277 — — *Maeotidis egerit undis.*

Transgrediamur ad imitationes Ovidianas.

A. In initio versuum duo exempla sunt

173 *Ante pedes vestros – actos*	Met. IX, 13 *Ante pedes iacuit* (Cf. Met. V, 615; XIII, 783) Verg. Aen. V, 381 *Aeneae stetit ante pedes* Luc. II, 509 *Ut stetit ante pedes* (Cf. IV, 340); Claud. r. Pros. I, 49; XXVII, 14
247 *Votaque suscipiunt pro te*	Met. IX, 305 *Votaque suscipiunt*;

B. Exitus versuum similes sunt:

30 — — *mediam faciunt atque aequora ponti*	Met. II, 872 — — — *mediique per aequora ponti*
81 — — — *ut rursus bella moverent*	Am. II, 12, 21 — — *iterum nova bella moventes* Cf. Am. III, 12, 4; Her. XIII, 64; Met. IX, 404 Aen. VI, 82 — — — *nova bella moventes* Aen. XII, 333 *Bella movens* — — — Luc. I, 119 — *bellumque movere*

Digitized by Google

Stat. Theb. IV, 349 *Verum bella movet*

Val. Flacc. VI, 535 --- *bella moventem* (C. 728)

Claud. XV, 474 --- *moturae bella colonis*

98 --- *quis fulminis ictus* Ex Ponto III, 1, 51 *a fulminis ictu*

Sil. XIV, 315 ---- *ceu fulminis ictu*

Stat. Theb. X, 618 ---- *fulminis ictum*

Claud. r. Pros. III, 60 sq. ---- *sentit ictum Fulminis*

117 *Tunc mare confuso rutilavit sanguine tinctum* Met. IV, 107 ---- *quoque sanguine tinctam*

Luc. VII, 473 ---*sanguine tinxit*

124 *Orbati natis lugentes pignora cara* Met. III, 134 *Tot natos natasque et pignora cara nepotes*

Cf. Trist. I, 3, 60; Fast. III, 218;

Stat. Achill. I, 782 sq. ---- *cara videtis Pignora*

148 --- *fastigia summa* Met. II, 3 --- *fastigia summa tegebat*

Verg. Aen. II, 302 --- *summi fastigia tecti*

Claud. c. m. 25, 67 -- *summae fastigia sedis*

162 ------ *rector Olympi* Met. II, 60 ----- *rector Olympi* (Cf. IX, 499)

Luc. II, 4 --- *tibi rector Olympi* (Cf. V, 620)

Stat. { Achill. I, 588 ----- *regnator Olympi* Theb. VIII, 41

Cf. Verg. Aen. VIII, 572

Digitized by Google

225 ---- *perdere vitam*	Trist. V, 10, 51 --- *ipsam quoque perdere vitam*
226 --*lacerari dentibus artus*	Met. XIV, 196 -- *trepident sub dentibus artus*
	Luc. II, 165 *Tot lacros artus* (Cf. II, 177)
	Luc. IX, 934 ---- *siccat dentibus artus*
	Sil. IV, 379 -- *feris sub dentibus artus*
	Stat. Theb. IX, 259 *Iam laceri pronis voluuntur cursibus artus*
	Cf. XII, 411
	Claud. V, 431 *Lacros iuvat ire per artus*
92 ----- *cuncta tenebant*	Ibis 561 --- *cum flammae cuncta tenerent*
276 ----*qua cuncta tenentur*	Luc. IX, 244 ------ *cuncta tenentur*
288 --- *veneraris tempus in omne*	Trist. I, 3, 34 *Este salutati tempus in omne mihi*
	cf. Ex Ponto IV, 4, 40.

C. Alios versuum pedes ex Ovidio mutuatus est poeta:

57 – *impune sceleratam linquere gentem*	Met. XI, 67 *Non impune tamen scelus hoc sinit esse Lyaeus*
126 – – – *poenas sensere Tonanti Reddere se iustas*	Fast. IV, 239 -- *meritas de sanguine poenas*
128 *Ultoremque deum*	Met. XIV, 750 ----*deus ultor agebat*
	Claud. XV, 403 *Te pater ultorem*
176 -- *Tarpeiam traxit ad arcem*	Ex Ponto II, 1, 57 *Tu quoque victorem Tarpeias scandere in arces*

Digitized by Google

Verg. Aen. VIII, 652 *--custos Tarpeiae Manlius arcis*
Luc. VII, 758 *Tarpeias victor desponderit arces*
Claud. XV, 30 *Tarpeias--respuis arces* (cf. XXI, 214).

Vertamus nos ad Lucanum.

Similes sunt Panegyrici

A. versus incipientes:

1 *Accipe Romanum clementi pectore carmen*	Luc. VIII, 121 sq. *Accipe templorum cultus Accipe----*
2 *Accipe ----*	Ovid. ex Ponto IV, 1, 1 *Accipe, Pompei, deductum carmen ab illo Debitor est vitae qui tibi, Sexte, meae*
3 *Munere pro vitae*	
6 *Qui tibi regna dedit*	Luc. VIII, 559 *Qui tibi regna dedit*
33 *Namque dabat poenas* cf. 126	VIII, 485 *Dat poenas* (cf. II, 75; IV, 805)
	Claud. XVIII, 441 *natos hoc dedere poenae*
63 *Principis invicti*	V, 324 *Ac ducis invicti*
67 *Ut leo, qui regnans silva dominatur in alta*	Aen. XII, 6 sq. *Tum movet arma leo*
68 *---, nisi nobilis ira lacessat,*	8 *----fremit ore cruento*
69 *Non movet arma, suas stimulat nec verbere vires*	Luc. I, 207—210 *--totum dum colligit iram,*
71 *Infremit horrendum, simul et distendit hiatus*	*Mox ubi se saevae stimulavit verbere caudae*
Perieg. 702 *---commoret arma virorum*	*Erexitque iubam et vasto grave murmur hiatu*

Digitized by Google

	Infremit Stat. Theb. II, 675 *Ut leo, qui campis longe custode fugato Tunc iras, tunc arma citat* Cf. Stat. Achill. I, 888 *Ut leo* — — Ovid. Met. V, 197 *arma movente* (Cf. Met. XV, 763; Am. I, 9, 26) Luc. VII, 364 — — — *arma movemus* Claud. XVII, 223 *Instrepis horrendum fremitu*
76 *Pars lacerata iacent*	V, 266 *Pars iacet*
85 *Pro merito*	VII, 68 *Hoc pro tot meritis*
124 *Orbati natis*	II, 298 *Natorum orbatum*
260 *Consiliisque tuis*	IV, 349 *Consiliis inimica tuis* Claud. XIX, 58 *Curia consiliis aestuat orba tuis*
302 *Auctor quae fuerat tantorum et causa bonorum*	VIII, 18 *Auctor erat* IV, 399 sq. — — — *Ille salutis Est auctor* V, 481 — — *tantorum causa malorum* Claud. VIII, 638 *Sed patriis olim fueras successibus auctor;*

B. versus exeuntes:

18 — — — *semina belli*	Luc. III, 150 — — — *semina belli* Cf. I, 158 sq. — — — *belli Semina* Claud. XXVI, 26 — — *semina belli*
59 — — — *rapiendas traxit ad arces*	VI, 14 — *rapiendas tendit ad arces*
69 — — — *stimulat nec verbere rires*	IV, 759 — — *verberibus stimulisque coacti*
76 — — — *dentibus oras*	VI, 566 — — *dentibus oras*

Digitized by Google

112 — — — *acies stragesque peractas*	II, 203 *Vix caede peracta* (Cf. IX, 1018)
115 — — *fluviis mutata cruoris*	IV, 785 — — — *fluvios non ille cruoris* (Cf. VII, 292)
119 — — *captivas ducere matres*	VIII, 342 — — — *captos ducere reges*
	Claud. r. Pros. II, 264sq. *ducor captiva tyranno Mater*
122 — — — — *caruere sepulcro*	Luc. II, 732 — — — — *privare sepulcro*
127 — — *contempto mille per annos*	VIII, 496 — — — — *contempserit annos*
237 — — — — *tempore laeto*	V, 740 — — — *laeto sed tempore*
	VII, 687 — — — — *tempora laeta* (Cf. VII, 20)
280 — — — — *scripta per aevum*	IV, 497 — — *Quaecunque per aevum*
152 — — — — — *in aevum*	VII, 131 — — — — — *in aevum*
	Claud. VIII, 285 — — — *per aevum*
288 — — — — *omnibus annis*	VII, 388 — — — — — *omnibus annis* (Cf. VII, 421 et 426);

C. alii versuum pedes:

31 *Pauperias nulli tenuis prodesse solebat*	II, 104 *nulli sua profuit aetas*
60 *Vindicta ut pereant*	VIII, 422 *Crassorum vindicta perit?*
108 — *Lyciae proiectas litore classes*	IX, 368sq. — — *ejectaque classis Syrtibus*
117 *Tunc mare confuso rutilavit sanguine tinctum*	I, 615 *Diffusum rutilo nigrum pro sanguine virus*
	II, 158 — — — — — *sanguine fuso* (Cf. 490). Cf. VII, 250 et 310; II, 713

Digitized by Google

126 *Et victi aetherio ponus sensere Tonanti*

V, 96 *Exit et aetherio trahitur conexa Tonanti*

156 *Namque cibum poterant qui vix adquirere vitae*

Luc. IV, 375 *Et quaesitorum terra pelagoque ciborum*

Perieg. 179 *Victus alit saeva quaesitus*

Claud. III, 205sq. — *Ibique quaerit inanes Luxuries nocitura cibos*

163 *Quo caput — diademate cinxit*

V, 60 *Cingere Pellaeo pressos diademate crines*

Claud. XXVIII, 65sq. — *quamvis diademata nedum cingebare comas*

175 — *populo spectante Latino*

I, 484 *Romano spectante*

Verg. Aen. VII, 716 — *populique Latini*

Claud. r. Pros. II, 237 — *populo silenti*

176 sq. *Curribus invectus — Placavitque Iovem Capitolia templa tenentem*

VIII, 553 — *nec ter Capitolia curru Invectus*

Verg. Aen. V, 785 *Invehitur curru*

Ovid. Met. I, 750 *templa tenet*

Luc. IX, 967sq. — *et templa deorum Iam lassa radice tenent.*

204 *Tirones forti numeros nunc milite complent*

I, 305 *Implentur valido tirone cohortes*

220 *cives caedebant moenibus ense*

IV, 43. *Caedunt ense viam* (Cf. II, 194)

259 *Sed deus in propriam cladem converterat illos*

IV, 779 *Vix impune suos inter convertitur enses*

VII, 531 *In sua conversus praeceps ruit agmina frenis*

276 *qua leges Latiae*

I, 22 — *sub Latias leges*

Claud. XV, 454 *Ius Latium.*

Digitized by Google

Silium Italicum Panegyrici auctor his versibus sequitur:

44 *quod sentio corde sub imo*	Sil. XV, 587 – – *fremit amens corde sub imo*
73 *Et ruit in medium*	V, 607 *Tum praeceps ruit in medios*
	Verg. Aen. IV, 674 *Per medios ruit*
	Val. Flacc. IV, 675 *Per medios ruit*
158 *Munere cum gemitu tristi lacrimisque coacto*	V, 302sq. – – – *et lacrimae sub casside fusae Cum gemitu*
	Ovid. Met. VIII, 521 *Cum gemitu* (Cf. Met. XI, 395)
	Stat. Theb. III, 629 – – *semper lacrimis gemituque propinquo* (Cf. Claud. r. Pros. II, 232)
113 *Aequatasque solo sublimi tegmine turres*	Sil. XII, 425 *Incussit sese atque aequavit moenia terrae*
153 *Argenti relevans atque auri pondere mundum*	Sil. XV, 497 – – *argenti pondere et auri*
	Aen. I, 359 *Thesauros, ignotum argenti pondus et auri*
Perieg. 700 *Atque aurum sibimet defendunt pondere puro*	Ovid. Am. III, 837 *Aeraque et argentum cumque auro pondere ferri* (Cf. Aen. V, 354)
	Claud. XXII, 58sq. – – – *auri relictum Pondus*
252 – – – *das praemia digna laboris*	XVI, 300 *Praemia digna dabo*
	Verg. Aen. I, 605 *Praemia digna ferant*
	Ovid. Fast. I, 678 *Ut capiant cultus praemia digna sui*
	Stat. Theb. IX, 50 – – *haec praemia digna rependi*

Digitized by Google

Claud. r. Pros. I, 195sq. ---- *commendabo labores Praemia digna manent.*

Iam Statium perscrutemur.

Exstant in Panegyrico hi simili versus:

67 ss. *Ut leo qui regnans silva dominatur in alta*
Per Libyae saltus, nisi nobilis ira lacessat Non movet arma

101 ----- *dextera flagrans*

102. *Iniustos contra praesenti numine pugnans*

179 *Numina placantem*
213 *placavit numinis iras*
247 *Votaque suscipiunt pro te noctesque diesque*

Perieg. 589 - - - *nocteque dieque reducet*

Theb. II, 675sq. *Ut leo qui campis longe custode fugato Tunc iras, tunc arma citat* (Cf. Theb. VIII, 124sq.: IX, 759)

Stat. Theb. IX, 548sq. -- *Ades, o mihi dextera tantum Tu praesens belli et inevitabile numen*

Georg. I, 10 - - *praesentia numina*

Ovid. Met. XV, 622 - - *praesentia numina vatum*

Theb. XII, 486 - - - - *numen placare querellis*

Theb. XI, 504sq. - - - *te noctesque diesque Deflebam*

Theb. XII, 485sq. -- *noctesque diesque -- numen placare querellis*

Achill. I, 637 - *captus noctesque diesque* (Cf. Theb. XI, 377 et 398; I, 316; II, 76; VI, 335; VII, 396)

Verg. Aen. III, 201 *Ipse diem noctemque negat*

Ovid. Met. XII, 45; Her. VII, 26; Luc. VIII, 292; Sil. I, 604; IV, 811sq.; Claud. c. m. 21, 1

Digitized by Google

286 *Ut rex omnipotens*	Achill. I, 546 *Sic deus omnipotens*
Perieg. 1087 *Omnipotens pro quo genitor*	Theb. I, 248 — *Sic pater omnipotens* (Cf. I, 634).

Valerii Flacci, quem in Periegesi saepius exscripsit nullam imitationem inveni.

Restat igitur ut quaeramus, quae e Claudiano hauserit.

Conferendi sunt Panegyrici

A. versus similiter incipientes:

142 *Ac veluti*	Claud. XXVI, 366 *Ac veluti*
231 *Ingenuos relevas*	r. Pros. III, 34 *Humanum relevare genus*
284 *Nec prius*	XXII, 393 *Nec prius*
279 *Non aliter*	XIX, 50 *Non aliter*
285 *Ex insperato dederat*	XXVI, 362 *Insperata dabant* —
291 *Quem tibi coniungit munimen laudis honestas*	c. m. 35 praef. 5 *Hunc mihi coniungit studiis communibus aetas;*

B. similiter exeuntes versus:

71 — *distendit hiatus*	XX, 431 — — — *illidit hiatus*
104 *sociantur proelia nimbis*	c. m. 29, 39 — — *sociantur numina furtis*
127 — — — *mille per annos*	Claud. XVIII, 475 — — *mille per annos*
	Verg. Aen. VI, 748 — — *mille rotam volvere per annos*
	Aen. I, 31 — — — *multosque per annos* (Cf. Luc. V, 69 et 472)
170 — — *mente serenus*	VII, 182 — — — *qui mente serena*
195 — — — *contemnere leges*	XXII, 233 — — *contemnere fasces*

Digitized by Google

197 – – *commiscent sacra profanis*	VIII, 239 – – *confundere sacra profanis*
	c. m. XXI, 2 – – *sacra profana rapit*
	Ovid. Met. III, 710 – – *cernentem sacra profanis*
200 – – – – *iusta reposcunt*	XVII, 139 – – *iura reposcunt*
223 *ludos animarum damna nefandos*	XVIII, 48 – – *mares damnoque nefandos*
278 – – – *discrimine magno*	XV, 262 – – *discrimine summo*
306 – – – *in omnibus oris*	XXII, 122 – – *ex omnibus oris*
308 – – *Romano profuit orbi*	XV, 96 – – *qui praefuit orbi:*

C. alii versuum pedes:

84 sq. *Quod nec ductorum Servilius optimus olim Pro meritis laudum cui nomen Isauricus ille*	XVIII, 217 *Indomitos curru Servilius egit Isauros*
16 – – *potuit praestare Latinis*	XVII, 153 *Spartanis potuit robur praestare*
97 – – – *consumpsit egestas*	XXVI, 94 *Flectit et – – affligit egestas*
99 – – *robur corrumpere Martis*	XV, 415 sq. – – – *notissima Marti Robora*
103 – *toto memorabilis aevo*	XXVIII, 56 – *toto meruit felicius aevo*
806 *Percutiuntque sono concussa tonitrua montes*	XXII, 26 sq. *qui cuncta sonoro Concutiens tonitru*
	Sil. V, 70 sq. – – – *fretumque Concutiens tonitru*
	Luc. III, 483 *Innocua percussa sonant*
115 ss. *Flumina torrebunt fluviis mutata cruoris*	VIII, 631 *Ostia barbaricos vix egerit unda cruores*

Digitized by Google

Et prope corporibus raptis sunt ostia clausa	
Tunc mare confuso rutilavit sanguine tinctum	XXVIII, 208 sq. – – – *inimica corpora volvens Ionios Athesis mutavit sanguine fluctus*
Et saturi pisces tempsere cadavera plura	VIII, 629 *Largius arctoas pavere cadavera pisces*
140 – – *vario concurrunt ordine rerum*	Claud. XVIII, 498 – – – *mutatoque ordine rerum*
	XXIV, 48 sq. – – – *variis discordia cessit Ordinibus*
	Verg. Aen. VII, 44 – *Maior rerum mihi nascitur ordo* (Cf. Aen. XII, 665)
141 *Diversosque trahunt angusto pectore sensus*	XVII, 81 *Parturit innumeros angusto pectore sensus*
	r. Pros. I, 119 *Diversos ducens animos*
	Verg. Aen. XII, 914 sq. – – – *Tum pectore sensus Vertuntur varii*
	Luc. V, 760 – – *cessere e pectore sensus*
	Sil. XIII, 316 – – *tacito percurrit pectora sensu*
152 *Haec pater et dominus terrae*	VIII, 22 – *terrae dominos*
	Ovid. Ex Ponto I, 9, 36 *Terrarum dominos quam colis ipse deos* (Cf. Met. II, 848)
	Luc. VIII. 208 *Terrarum dominos*
199 *Per te respondes populis oracula sancta*	XXVIII, 37 *Supplicibus late populis oracula pandit*
205 – – – *sed robore signa merentur*	XXIV, 83 – – – *sed robore freta Gabino*
263 sq. *Ut sol* – – –	VIII, 191
Cernet Anastasii	*Cernere sol patiens* – – *remisit*

Digitized by Google

275 *Atque salus dubiae – – vitae*	XXVI, 268 – – – *dubiaeque salutis*
282 *Quorum sic virtus praefulserat omnibus annis*	XXVI, 261 – – – *virtus sic emicat*
283 *Dextra quod eripuit divina e casibus illos*	XXVI, 41 sq. – – – *Tua nos urgenti dextera leto Eripuit*
288 *Quem recolens animo*	XXVIII, 423 – – *pompam recolens ut mente priorem*
293 *Nam mores sequitur mediocres pectore casto*	XV, 280 *mutatos sequitur provincia mores* (Cf. Claud. X, 23)
295 sq. *Quae fratris natos animo complecteris aequo*	c. m. 30, 105 ss. *Te patruus magnoque animo solacia luctus*
Non patrui tantum, sed patris more colendo	*Restituens propius quam si genuisset amavit Defuncti patris subolem*
256 – – *violato foedere movit*	XXVIII, 70 – – *violato foedere Martem*
245 *Ne damni patriae sensus fiantve dolores*	c. m. 30, 155 *Armavit patriae iustos in bella dolores.*

Iam si summam facimus imitationum, hausit fere Priscianus

a. e Vergilio:
1. in Periegesi locis 159
2. in Panegyrico 48

b. ex Ovidio:
1. in Periegesi 34
2. in Panegyrico 24

c. e Lucano:
1. in Periegesi 60
2. in Panegyrico 51

d. e Silio:
1. in Periegesi 13
2. in Panegyrico 6

e. e Statio:
1. in Periegesi 14
2. in Panegyrico 17

f. e Valerio Flacco:
1. in Periegesi 5
2. in Panegyrico o

g. e Claudiano:
1. in Periegesi 54
2. in Panegyrico 44.

Digitized by Google

Si Periegesin e versibus 1087. Panegyricum e 312 constare respicimus, ratio imitationis in utroque carmine fere par est, praecipue Vergilianae. Lucanum autem. Statium, Claudianum multo plura Panegyrico, qui in simili re vertitur, praebere potuisse quam Periegesi facile intellegitur.

3. De arte rhetorica in Panegyrico adhibita.

Iam si Panegyrici artem rhetoricam aggredimur, videmus easdem figuras rhetoricas atque in Periegesi;

1. primum anaphorae et epanaphorae habes exempla haec:

1 et v. *Accipe Romanum . . carmen Accipe, . .*
13 *Quos vidit Titan*
14 *Quos medio veniens*
87 *Non illos*
88 *Ne castella*
89 *Nec tantae*
37 *Vexabant vindis. vexabant stipite duro*
276 *Vitae qua leges, qua cuncta tenentur*
287 *Qui peperit mundum, qui lumine cuncta tuetur:*
42 *Est iustus . .*
43 *Est clemens*
195 *Nec licet*
196 *Nunc equites*
197 *Nec lueri*

2. geminationis:

75 *Impetus hos frangit, pulsos hos demetit unguis*
87 *Non illos aurum, non vis, non copia ferri*
132 *Hostibus et pacis concedit munera pacis*
198 *Iudicis ipse sedens iudex caelestis imago*
157 sq. *- - - munere flebant Munere cum gemitu*
226 sq. *- - - lacerari dentibus artus, Dentibus:*

3. epanastrophae:

275 *Atque salus dubiae penderet maxima vitae*
Vitae, quae:

4. polyptoti:

249 sq. *Quos doctrina*
Quorum Romanos
cf. vss. 287 sq., 299 sq., 150 sq. (?):

Digitized by Google

5. annominationis vel paronomasiae:

46 *Antoninum huius pietas, sapientia Marcum*
263 *Ut sol oceano tollens mergensque ingales*
284sq. *Dextra quod eripuit*
Nec prius enituit;

6. alliterationis:[1])

229 – – – ***c**upienti **c**ommoda **c**unctis*
198 ***I**udicis ipse sedens **i**ndex caelestis **i**magó*
293 – ***m**ores sequitur **m**ediocres*
183 – – ***p**recibus populorum **p**raebuit aures*
187 – – – ***p**eiora **p**ericula **p**onto*
208 – – ***p**opulis caeli **p**aenuria **p**raebet*
272 – ***p**ropria bonitate **p**ericula **p**ellens*
219 – ***s**polians **s**ub terras **s**ole retracto*
177 ***t**empla **t**enentem* cf. 179
312 ***s**anctique **s**enatus:*

7. versus includitur vocabulis quae ab eadem littera vel syllaba incipiunt:

20 *Et nullum finem credens felicibus esse:* cf. vss. 34, 97
58 *Nam – – – nefando*
173 *Ante – – – actos*
180 *Auspiciis – – – aulae*
214 *Memphitae – – – – mira.*

Alliterationis formam: I. ab ab praebent versus:

66 *Cum* $\overset{a}{\textbf{d}}$*ucibus* $\overset{b}{\textbf{s}}$*celeris* $\overset{a}{\textbf{d}}$*ucentibus improba* $\overset{b}{\textbf{s}}$*igna*
cf. vss. 143, 181, 232, 270, 283

II. formam a a b b:

113 *Aequatasque* $\overset{a}{\textbf{s}}$*olo* $\overset{a}{\textbf{s}}$*ublime* $\overset{b}{\textbf{t}}$*egmine* $\overset{b}{\textbf{t}}$*urres*
cf. vss. 170, 144, 176, 178, 182, 225, 239;

[1]) Cf. p. 68.

Digitized by Google

III. formam a b b a:

68 *Per* *a* **L***ibyae saltus* *b* **n***isi* *b* **n***obilis ira* *a* **l***acessat*

cf. vss. 175, 259, 267, 273;

formam I habemus in Periegesi 21 locis, in Panegyrico 6, inter centenos Periegeseos versus reperiuntur 1,93, inter totidem Panegyrici 1,92; formam II invenimus 22 locis in Periegesi, id est inter centenos vss. 2,02, in Panegyrico 8 locis, id est 2,5 inter centenos versus; forma III in Periegesi 31 locis nobis occurrit, in Panegyrico 5, id est inter centenos Periegeseos vss. 2,85, in Panegyrico 1,62.

In Panegyrico in v. 238 habemus formam a a b b et in v. 70 formam a b b a b, quae ambae etiam in Periegesi nobis occurrunt. Panegyrici formam a b a b a v. 129 etiam Periegesis v. 550 praebet.

Conferas etiam Panegyrici versus 42—43, 172, 226—227, 274. In versibus 42—43 asyndeti formam invenimus; pulcherrimam alliterationem assonationemque praebent vss. 226—227:

Humanos arcens lacerari dentibus artus
Dentibus, armatur rabies quibus atra ferarum;

his adde v. 274:

Sese cum ventis ferret velisque nefandis.

Sed etiam in utroque carmine versus similiter cadentes nobis occurrunt; exeunt versus vel in unam vel duas vel tres vel quattuor similes litteras;

I. versus in unam eandemque vocalem in Panegyrico finiunt:

vss. 67—68, 142—143 in *a*,
vss. 136—137, 295—296 in *o*;

II. in duas easdem litteras:

1. 75—76 in *is;* 2. 166—167 in *is;*
3. 78—79, 160—161, 195—196 in *es*;

Digitized by Google

4. 139—140, 151—152—153, 280—281, 302—303 in *um*;
5. 176—177 in *em*; 6. 172—173 in *os*;
desunt in Periegesi[1]) versus in *em* et *os* exeuntes, quorum loco versus in — *us*, — *as*, — *am*, — *on* exeuntes exstant;

III. in tres similes litteras:
vss. 260—262 in *unt*; 101—102 in *ans*.

IV. in quattuor et plures similes litteras:
92 – – – *tenebant*
94 – – – *trahebant*
cf. vss. 96 – – – *victos*
98 – – – *ictos*.

Separatim sunt enumerandi versus Panegyrici:

62	– – – – *minantes*	a	176	– – – *traxit ad arces*	a
63	– – – – – *armis*	b	177	– – – *templa tenentem*	b
64	– – – – – *potentes*	a	178	– – – *conspexit ab arce*	a
65	– – – – – *ruinis*	b	179	– – – *templa tenentis*	b.

Versus qui caesura penthemimeri in duas partes quae in similes syllabas exeunt dividuntur, velut

12 *Cuius quis meritos* // *valeat numerare triumphos*

exstant in Panegyrico

1. in *os*: vss. 12, 172, 173, 223;
2. in *as* v. 97; 3. in *es* v. 160 (in *se* v. 34);
4. in *is*:
vss. 104, 185, 210, 274 (35, 166)[2]);
5. in *ĭs* v. 132; 6. in *us* v. 235;
7. in *um* vss. 134, 139, 300 (302)[2]);
8. in *em* vss. 38, 177, 267;
9. in *ae* vss. 236, 275, 311 (109)[2]);
10. in *o* vss. 51, 191, 277 (295);
11. in *a* v. 273; 12. in *i* v. 265;

[1]) Cf. p. 70.

[2]) Versus uncis inclusi non penthemimeri sed hepthemimeri in duas partes dispertiuntur.

Digitized by Google

13. in *ant:*

60 *Vindicta ut pereant merita lucemque relinquant.*

Postremo loco perscrutemur, quomodo poeta verba collocaverit.

Versus includitur vocabulis quae inter se conexa sunt

I. attributo et substantivo:

65 *Omnibus adficiunt caesos profugosque ruinis*

72 *Sanguineis torquens ardentia lumina flammis*,

cf. vss. 113, 226, 255 = 5ies

198 *Iudicis ipse sedens iudex caelestis imago*, attributum pendet a substantivo et ipsum substantivum in casu genetivo est.

Contraria verborum collocatio substantivi in principio versus, attributi in fine occurrit v. 28:

Iudiciis nimium iustos damnare coactis,

quibuscum compares velim vss. 158 et 210;

II. Versus includitur duobus verbis:

v. 200 *Proicis et nullos, nisi qui non iusta reposcunt:*

221 *Bacchantes stimulis vini plausuque frementes.*

III. Versus includitur duobus substantivis:

duobus obiectis:

v. 46 *Antoninum huius pietas, sapientia Marcum*;

et vss. 134, 135, 211, 246, 267.

Praeterea alia substantiva in diversis casibus posita versum includunt vv. 38, 51, 63, 76, 78, 86, 91, 98, 105, 110, 115, 122, 125, 132, 153, 165, 180, 182, 215, 225, 297, 298, 302, 312.

In Periegesi huiusmodi exempla inveniuntur 14 + 2 + 119 = 135, in Panegyrico 1 + 6 + 23 = 30; inter centenos igitur Periegeseos versus 12,4, Panegyrici 9,6.

Digitized by Google

IV. Duo vel plures versus incipiunt a verbo finito:

v. 1 *Accipe Romanum clementi pectore carmen,*
2 *Accipe* – – –
244 *Sustentas omni penitus ratione fovendo*
245 *Provehis et gradibus* – – –.

V. Verba finita finiunt versus duos vel plures continuos:

v. 92 – – – – *cuncta tenebant*
94 *Cautibus angustis conclusi fata trahebant*
95 *Peioremque famem crudeli morte tulerunt;*

quibuscum conferas velim versus 200 sq., 204 sq., 260—262, 286 sq.

Separatim profero versus 128 sq.:

Ultoremque deum post clades esse fatentur
Atque sui casus se causam scire fuisse,

in quibus vocabulorum est collocatio quae in Periegesi in initio versus 486 et in fine versus 436 occurrit.

VI. Versus prior incipit a verbo et versus alter verbo finitur:

v. 233 *Corrupitque tuum non ulla superbia pectus*
234 *Affectusque bonos minime fortuna novavit.*

VII. Versus prior finitur verbo et versus alter a verbo incipit:

v. 39 *Cum dominum (melius sed patrem dicere possum)*
40 *Praebet Anastasium*
v. 47 – – – – *pectora vincunt*
48 *Promeruitque Titus.*

Eadem collocatio invenitur in vss. 56 sq., 229 sq.

Nunc ad quaestionem, quomodo in Panegyrico duo substantiva et duo attributa distributa sint[1]), transeo.

[1]) Cf. p. 75.

Digitized by Google

In Panegyrici versu

a *b* *B* *A*
1 *Accipe* ***R****omanum* ***c****lementi* ***p****ectore* ***c****armen*

habemus collocationem *a b B A*,

quam eandem praebent versus: 10, 14, 50, 72, 113, 141, 187, 255, 271, 280 = 11ies.

in versu

a *b* *A* *B*
89 *Nec tantae* ***v****alidis* ***m****unitae* ***m****oenibus* ***u****rbes*

est collocatio abAB, quam etiam v. 109 exhibet; conferas velim Paneg. v. 161, qui formam abaAB exhibet. Formam ABba[1]) Panegyrici v. 15

A *B* *b* *a*
M*unere cum* ***g****emitu* ***t****risti lacrimisque* ***c****oacto*

praebet; in versu 166 forma Abab exstat.

Praeter has et in Panegyrico et in Periegesi exstant collocationum formae hae:

AbaB Paneg. v. 275;
AaBb Paneg. vss. 189, 273, 289, 292, 293, 295, 311 = septies;
AbBa Paneg. vss. 40, 177, 194 = ter;
AabB Paneg. vss. 82, 163, 173, 181, 256, 257, 260, 263 (?), 298 = 8 + 1(?) = novies (?);
aABb Paneg. vss. 101, 190, 237;
aAbB Paneg. vss. 95, 310 = bis;
aBbA Paneg. v. 168.
Formam aBAb in Panegyrico non exstare nullius momenti est.

Hac forma excepta utrumque carmen semper easdem duorum substantivorum cum attributis collocationes praebet; quae res certe unitati auctoris carminum favet, etsi eaedem vocabulorum collocationes etiam apud alios posteriores poetas, ut Avienum, occurrunt.

---

[1]) Cf. p. 76.

Digitized by Google

Iam quaeramus, quomodo substantivum et attributum quae versus fine dirimuntur in duos versus distribuantur.[1])

Antecedit attributum substantivo in Panegyrici versu 85sq.

v. 85 – – – *illo* | *Marte.*

Antecedit etiam substantivum attributo;

16sq. *Namque genus* – – –
Indomitum linquebas,

123sq. *At reliqui patrias sedes urbesque relinquunt*
Orbati natis;

164sq. – – *acervos* | *Censibus infestos*

172sq. – – *domitosque tyrannos*
Ante pedes vestros mediis circensibus actos;

qui versus praecipue sunt commemorandi, quoniam eandem vocabulorum collocationem, qua attributum finem alterius versus facit, substantivum autem ad quod attributum pertinet in fine praecedentis versus stat, etiam in Periegeseos vss. 84 et 157sq. invenimus. Ad similem rem statuendam iam occasio data erat eo loco quo de verbis finitis, quomodo collocata essent, verba fecimus, quo praecipue Panegyrici versum 128sq. et Periegeseos vss. 486sq., 436 sq. tractavimus.

Versus exit in vocem levem sive adverbium sive pronomen sive aliam voculam;

1. versus exit in pronomen:

personale in v. 121 *nobis*, possessivum v. 8 *vestra*; demonstrativum v. 49 *isti*, v. 85 *illo*, v. 174 *ille*, vss. 259 et 283 *illos*, v. 305 *illi*; indefinitum v. 24 *quemquam* v. 45 *ullo*, v. 77 *nullo*, v. 114 *omni*, v. 194 *omnis*, v. 288 *omne*;

[1]) Cf. p. 76.

Digitized by Google

2. versus exit in adverbium:

v. 16 *ubique*, v. 19, 268, 310 *semper*, v. 53 *prorsus*, v. 84 *olim*, v. 257 *raptim*, v. 269 *iuste*; v. 74 *contra* adverbialiter positum, ut in v. 90 *ante* pro *antea*;

3. in numerale exeunt versus:

118 *plura*, 115 *unus*, 265 *uni*;

4. in *esse* exeunt versus 20 et 35.

Iam nos vocat quaestio de ratione rhythmorum quos poeta in Panegyrico ad versus exornandos adhibuit, instituenda.

Mere dactylicos numeros praebent versus: 52, 154, 169, 311 = 4ies;
mere spondiacos excepto pede quinto versus: 10, 20, 37, 41, 87, 90, 92, 119, 124, 151, 161, 170, 197, 209, 211, 214, 258, 307, 309 = 19ies.

Primus pes voce spondiaca completur[1]) in versibus 54, 108, 213, 250, 306, quibus pedem hoc modo formatum non sequitur caesura trithemimeres; quam invenimus post primum pedem spondeo formatum in versibus: 8, 12, 90, 133, 136, 201, 276, 282, 302, 309; in summa 5 + 10 = 15ies.
In Periegesi habemus 42 exempla huiusmodi; id est in Panegyrico inter centenos versus 4, 84, in Periegesi 3, 86.

Birtii in Friedlaenderi Martialis epigrammatum editione de Martiale iudicium secutus Kochius p. 7 reprehendit auctorem Periegeseos, quod in hexametro tripartito primum pedem vocabulo spondiaco vel dactylico compleverit, ut in altera arsi monosyllabum exstet, sed neglexit idem vitium etiam in Panegyrico inveniri.

In Periegesi nobis tales versus occurrunt in summa 71, in Panegyrico 28, id est inter centenos versus Periegeseos

[1]) Cf. p. 79.

Digitized by Google

6, 53, Panegyrici 8, 94. Adnumeravi his versibus eos in quibus non unum vocabulum dactylicum legitur, sed praepositio cum nomine coaluisse videtur, veluti in Periegesis versu 27

Per mare sic | fluviosque duos discernitur orbis.

In Periegeseos octo versibus monosyllabum nomen proprium antecedit.

Versus gravis quem Birtius l. l. p. 46 dicit, qui in quarto pede ante caesuram bucolicam spondeum exhibet, exempla in Panegyrico 113 vel inter centenos 36, 2, in Periegesi 301 vel inter centenos 32, 21 inveniuntur.

Restat ut de vocabulorum usu atque collocatione quaeramus.

Ac primum initia vel aequa vel similia sunt:

in Panegyrico et	in Periegesi:
v. 12 *Cuius quis merito*	v. 391 *Quem merito*
14 *Quos medio veniens*	13 *Ad solis veniens*
	918 *Quod medias*
151 *Quae propter*	957 *Quae propter*
249 *Quos doctrina potens*	91 *Qua Gortyna potens*
235 *Et quicumque prius*	240 *Et quicumque maris*
85 *Pro merito*	391 *Quem merito*
15 *Sed tamen*	333 *Sed tamen*
99 *Nam quos non valuit*	580 *Has tamen haud valuit*
116 *Et prope – – sunt*	711 *Et prope sunt*
115 *Flumina torrebant*	523 *Flumine torrenti*
	655 *Hunc tamen immenso torrentem flumine vertit*
145 *Sic ego concipiens*	1032 *Signaque concipiunt*
178 *Omnipotens sed te*	1087 *Omnipotens pro quo genitor*
286 *Ut rex omnipotens*	

Transgrediamur ad versuum exitus; qui sunt pares vel similes:

Digitized by Google

in Panegyrico et	in Periegesi:
2 *lumine solis*	42 *lumine solis* cf. vss. 533, 1002
9 *cingitur orbis*	109 *cingitur oris*
146 *diversis partibus orbis*	610 *diversis partibus orbis* cf. 98, 540
17 *collibus altis*	827 *collibus altis* cf. 838, 928, 1054
20 *felicibus esse*	925 *mortalibus esse*
44 *sub imo*	158 *sub imum*
148 *vestigia summa*	337 *vertice summo*
145 *plurima facta*	796 *plurima prata*
290 *mitissima corda*	499 *mitissimus undis*
48 *mente benigna* cf. 253	222 *mente potenti*
64 *virtute potentes*	924 *virtute potentes* cf. 222
58 *Marte nefando*	706 *Marte feroci*
	956 *raptuque nefando*
223 *ludos animarum damna nefandos*	468 sq. *damnantque nefando Periuros furto*
59 *traxit ad arces*	381 *porrectus ad arces*
178 *ab arce*	
67 *dominatur in alta*	350 *dominatur in orbem*
84 *optimus olim*	930 *moenibus olim*
89 *moenibus urbes*	
90 *ceperat ante* cf. 201 *ante solebant,*	1067 *incudibus ante,*

quibus locis *ante* pro adverbio *antea* positum est;

92 *cuncta tenebat*	237 *regna tenebat*
107 *fluctibus ortas*	115 *fluctibus atris*
113 *tegmine turres*	1016 *tegmina lini*
136 *crimine ficto*	186 *crimine falso*
142 *numine plena*	1075 *numine magno*
213 *numinis iras*	365 *numinis ira*
143 *pariterque futura*	235 *pariterque opulenti*

Digitized by Google

207 *cautusque futuri*	1032 *luce futuri*
152 *in aevum*	1080 *per aevum*
280 *per aevum*	
247 *noctesque diesque*	589 *noctesque diesque*
167 *omnibus aris*	336 *caelestibus aris*
182 *ab axe*	18 *sub axes*
	82 *ab axe reductis*
141 *pectore sensus*	224 *pectore cursus*
191 *pectore toto*	13 *corpore toto*
294 *pectore casto*	162 *pectore docto*
281 *mille bonorum*	897 *fortuna bonorum*
309 *causa bonorum*	
296 *more colendo*	1042 *ditesque colendum.*

Magna igitur est copia vocabulorum aequorum vel similium in versuum initiis vel finibus positorum.

Sequuntur alia similia in utroque carmine:

Panegyrici:	Periegeseos:
69 *non movet arma*	702 *commoret arma*
294 *ore canam*	459 *Ore canendae*
153 *Argenti relevans atque auri pondere mundum*	700 *Atque aurum sibimet defendunt pondere puro,*
222 *Et spoliis gaudentes nocte paratis*	956 *Vivere qui spoliis gaudent.*

His adde versus Panegyrici 13, 72, 113, 168 et Periegeseos versus 1012, 257, 1027, 205.

De versibus Panegyrici 309 et Periegeseos 1075 iam supra (p. 104) verba feci.

Una vox rarior invenitur in utroque carmine: est vocabulum *musicus* in Panegyrici v. 249 et in Periegeseos v. 500.

Denique Panegyricum non alia nisi Periegeseos vocabula praebere magni momenti est.

Digitized by Google

Iam postquam in Periegesi et Panegyrico eorundem poetarum imitationem, eandem fere artem metricam. easdem figuras rhetoricas, eadem vocabula, easdem locutiones reperiri, differentias vero si quae sint ex indole diversa utriusque carminis explicari posse docui, Priscianum grammaticum utriusque carminis auctorem agnoscendum esse contendo.

Digitized by Google

Theses.

1. Dionysius Periegeta Hadriani temporibus fuit.
2. In orbis Periegesi v. 730 pro Οὔννοι scribendum est Θοῦνοι.
3. In Theophrasti charactere 21 pro τὰ ἱερὰ ἄξια καὶ καλὰ ponendum esse τὰ γαλάξια καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ Wilamowitzius optime coniecit.

Digitized by Google

Vita.

Natus sum Paulus Drathschmidt prostridie Kal. April. anni 1879 Vratislaviae. Parentibus superstitibus adhuc gaudeo. Fidei sum addictus catholicae. Litterarum elementis imbutus gymnasium Glaciense adii, quod postquam per novem annos frequentavi, maturitatis testimonio instructus vere anni 1902 reliqui. Magistro Glaciensi de me bene merito prof. I. Wagner gratias ago sincerissimas. Mense Aprili, ut studiis philologicis operam navarem, in universitatem Friburgensem Brisgoae migravi, ubi magistri fuerunt viri doctissimi:

Dyroff, Fabricius, Finke, Lommatsch, Simson, B. Schmidt.

Ubi cum per unum semestre versatus essem, universitatem Monacensem petii, in qua docuerunt me:

Furtwaengler, Grauert, I. Mueller, Oberhummer, Simonsfeld, C. Weyman, E. Woelfflin. Furtwaengler me admisit exercitationibus archaeologicis, Grauert et Simonsfeld historicis, Mueller, Weyman, Woelfflin philologicis. Sex mensibus praeteritis universitatem Vratislaviensem intravi, quae mihi dedit hos professores illustrissimos doctissimosque: Baumgartner, Cichorius, Ebbinghaus, Foerster, Hoffmann, Iacoby, Kampers, Nikel, Norden, Skutsch, Zacher. Per tria semestria proseminarii philologici sodalis fui; seminariorum philologici, archaeologici, historici fui sodalis moderantibus Foerstero, Nordeno, Skutschio, Cichorio, Kampersio.

Omnibus his viris gratias ago quam maximas semperque me habiturum esse profiteor, imprimis R. Foerstero, qui liberalissime me cum studiis operam darem et consilio et opera adiuvit.